

Vellum Paper, bound by Lewis,

ARCHILOCHI
IAMBOGRAPHORUM PRINCIPIS
RELIQUIAE

QUAS ACCURATIUS COLLEGIT

ADNOTATIONIBUS VIRORUM DOCTORUM

SUISQUE ANIMADVERSIONIBUS

ILLUSTRAVIT

ET PRAEMISSA

DE VITA ET SCRIPTIS POETAE

COMMENTATIONE

NUNC SEORSUM EDIDIT

IGNATIUS LIEBEL

PROFESS. AESTHET. P. O. IN UNIV. VINDOB.

LIPSIAE

APUD I. C. SOMMER

1812.

Neque quemquam alium, cuius operis primum auctor fuerit, in eo perfectissimum praeter Homerum et Archilochum reperiemus.

Vellei. Paterc. L. I. c. 5.



ILLUSTRISSIMO DOMINO

IOSEPHO L. BAR. DE RETZER

FAUTORI

ET

CULTORI HARUM LITTERARUM

HOC OPUS

D. D. D.

IGNATIUS LIEBEL

PROF. AESTH. P. O.

PRAEFATIO.

Si ad excusandam hanc operam, quam in colligendis et illustrandis Archilochi reliquiis posui, aliam rationem adferre non possem, nisi exemplum magnorum virorum, qui fragmenta veterum auctorum collecta edidere, quorumque vestigia sequi, licet iis insistere mihi non sit concessum, honestum est: profecto sperarem fore, ut a iustis rerum aestimatoribus conatus hic meus aequi bonique consuleretur, neque mihi obiiceretur, me negotium parum probabile vel prorsus inutile suscepisse. Verum sunt et alia, quae hunc laborem suadere, ad eumque incitare possint. Nam ut omittam utilitatem, quae id genus collectionibus communis est, et de qua viri docti in praefationibus earum passim exposuerunt, illud Ar-

chilocho peculiare, eum et poetam sui generis principem et post Homerum maximum esse habitum; et cum reliquorum poetarum principum, Homeri, Pindari, Sophoclis, opera praecipua servata sint, Archilochi solius carmina omnino omnia iniuria temporis nobis erepta esse, et fragmenta eorum tantum ad nos pervenisse. Quem igitur veteres propter ingenii copiam et felicitatem maximi fecerunt, et summis laudibus extulerunt, eius carmina nobis intercidisse ut sane summopere dolendum est, ita et nos maiori desiderio inflammare debent tanti poetae, quoad eius fieri possit, noscendi, ac reliquias ipsius eo gratiores nobis esse oportet, quippe in quibus elegantiam vimque poeseos Archilochiae adhuc utcunque intueri licet. Certe quidem gaudendum est, ex tanto divitiarum naufragio has saltem opes undique dissipatas potuisse colligi. Etenim bona litterarum fortuna contigit, ut, cum Archilochus tanti fieret ab antiquis, eiusque carmina hinc diligenter legerentur et cognoscerentur, auctores etiam ex iis locos frequenter citarent, sententias

excerperent, et suis scriptis tanquam ornamenta vel argumenta variae prudentiae insererent. Quo factum est, ut non paucae neque exiguae reliquiae eius carminum servarentur, sed maior varietas et numerus fragmentorum, quorum multa pluribus versibus constant, per omnes auctores quasi disiecti membra poetae supersint, quae collecta et digesta non integrum quidem corpus efficiunt, attamen speciem qualemcunque ingenii et solertiae poetae exhibent, in qua quod deest, copiosa veterum testimonia supplere, et nostro animo ideam informare possunt, qualis et quantus hic poeta fuerit. Accedit, quod ex his ipsis, quae veteres de Archilocho memorant, multum etiam luminis historiae poeseos, praesertim quod ad metricam attinet, affunditur, quoniam is inventor plurimorum generum metrorum et rhythmi fuit, immo omnis parens musicae ab antiquis dicitur *). Quare Cl. Harlesius in Biblioth. Graec. T. II. p. 110, dum de Archilocho agit, fragmenta huius poetae imprimis

*) Comment. §. VIII. e.

digna esse pronunciat, quae diligentius colligantur; et viri litterati, Ruhnken. ad Vellei. p. 25. et Huschke Miscellan. philolog. P. I. p. 24. Dissert. de fabul. Archilochi in nota, merito mirantur, cur nemo adhuc exstiterit, qui ea colligeret et accuratius tractaret.

His rationibus adductus me ad hanc spartam adcinxi, in qua ornanda id mihi imprimis curae fuit, ut quaecunque Archilochi carminum loca, vel veterum de eo testimonia per omnes auctores dispersa laterent, studiose conquirerem: et quo facilius etiam viri docti cognoscerent, quid collectum sit, colligendumve restet, non alienum esse putavi auctorum indicem, ex quibus haec fragmenta et testimonia petita sunt, adiungere, neque vereor, ne id mihi ostentationi tribuatur (a qua longissime absum), quasi immensa quadam lectione gloriari mihi propositum esset; sed ingenue fateor, bonam quidem partem eorum me pervolvisse; nam quis elegantioribus litteris deditus optimum quemque non legerit? in aliis vero, quorum accuratior cognitio ad rationem studiorum meorum non pertinebat,

aut praeter exiguum quaestum inde redeuntem etiam ob inconditum dicendi genus taedio plena erat, indices me consuluisse et inde excerpsisse, quae in rem meam facerent. Non deerant quidem viri docti, qui colligendis Archilochi fragmentis iam operam aliquam navarint; verum a nemine adhuc integra, nec seorsum in lucem emissa, sed maiora tantum, ac nec ea quidem omnia, minoribus praetermissis, collecta sunt, ita ut proventus variorum fragmentorum satis magnus adhuc superaret.

Universa igitur, quae ex auctoribus eruere potui, corrasi et certum in ordinem digessi secundum varios carminum libros, quos veteres Archilochum scripsisse affirmant, ut adeo, quidquid senariorum occurreret, trimetris adcenserem, etiamsi veteres aperte non dicerent, ex trimetris desumtos esse; simili modo tetrametros quoque, elegos et epodos ad sui generis metra retuli. Alia fragmenta, in quibus metrum vel non apparebat, vel audaciori tantum manu restitui poterat, ad incertos libros reieci, et ubi singulae tantum voces Archilocho usur-

patae supererant, eas alphabetico ordine disposui, ut et sic χρῆσις Archilochia dignosci posset. Scio equidem, fore, qui hunc ordinem fortasse vituperent et dicant, sic versus ex. gr. ad trimetros referri posse, qui etiam in alio genere, ut in epodis, locum habere potuerint, quippe Archilochum varia metrorum coniunctione usum esse. Audio. Sed cum eadem metri ratio manifesto tamen potius huic ordini faveret, quam alii, res mihi tanti visa non est, ut ideo mutandum aut turbandum aliquid esse ducerem.

His ita dispositis, meas adnotationes, et virorum doctorum, quorum opera passim in emendandis vel illustrandis fragmentis Archilochi versata est, vel integras vel, prout necessarium videbatur, in rem meam conversas, non tamen auctoris nomine praeterito, adieci. Principem vero locum in hoc eruditorum coetu, qui de Archilocho bene meriti sunt, facile doctiss. Iacobs occupat animadversionibus suis in Anthologiam, qui non modo solito suo acumine acrique iudicio primus in his multa vidit et

emendavit, sed etiam non pauca loca in adnotationibus protulit, quae ceteri praetermiserunt. Unde Archilochum meum multa ei accepta referre, lubenter fateor, id quod honorifica eius nominis mentio plurimis in locis abunde testatur. Verum et multa occupata ab eo inveni, quae ante iam ipse inter legendum enotata habebam. Sunt enim haec publici iuris, et ex iisdem fontibus haurientes in eadem saepe incidere necesse est. Quare vir clariss. non feret iniquo animo, si, quae nobis ex lectione auctorum erant communia, ut meis usus sum, neque iudicabit, me falcem in messem suam immisisse. Inveniet enim et multa alia loca, quae ipse non attigit, neque a me facile aut graecum aut latinum scriptorem praetermissum esse, in quo non scrutarer, an symbolam ad Archilochum meum conferre possit.

His fragmentis etiam versionem addendam censui, et quidem, si sententiam integram efficerent, et ad certum carminum librum referrentur, metricam eodem genere versus inclusam, quam partim ipse confeci,

partim ab aliis, dum praesto erat, mutuatus sum. Epigrammatum vero Anthologiae ad Archilochum spectantium, quae in fronte horum fragmentorum sunt, maximam partem oratione ligata iam complexus eram ante, quam egregia versio Grotii a Boschio edita mihi in manus venit, ex qua duo, quae supererant mihi vertenda, tanquam lumina et ornatum reliquorum desumta interposui.

His omnibus addidi tandem etiam illa, quae Archilocho falso vel dubie adscripta, vel adficta, vel supposito eius nomine vulgata sunt, ut nihil quidquam esset, quod in hac editione desideres. Cetera autem, quae ad Archilochum, eius vitam, ingenium et scripta pertinent, in commentatione huic operi praemissa lector eruditus cum copiosis ad quemque locum veterum testimoniis inveniet.

SUMMA EORUM, QUAE HOC OPERE CONTINENTUR.

Epigrammata veterum in Archilochum. . . . Pag. x.
Commentatio de vita et scriptis Archilochi. . . — 3.
Archilochi fragmenta Trimetrorum. . . . . — 55.
— — — Tetrametrorum. . . . — 101.
— — — Elegiarum. . . . . — 135.
— — — Epodorum. . . . . — 161.
— — — Ephymnii in Herculem. . — 178.
— — — Iobacchorum. . . . . — 183.
— — Epigramma. . . . . . — 185.
Incertorum librorum fragmenta. . . . . . — 187.
Singulae voces Archilocho usurpatae. . . . — 238.
Loca quaedam vel incerta vel admodum corrupta vel falso Archilocho tributa aut illi adficta. . . . — 257.
Pseudarchilochus sive Archilochi Liber de temporibus ab Annio Viterbiensi editus. . . . . — 264.
Epicrisis Fabricii. . . . . — 267.
Epimetron quorumdam carminum graecorum editoris. — 271.

EPIGRAMMATA
IN
ARCHILOCHUM.

I.
THEOCRITI.

'Αρχίλοχον καὶ ϛᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν
Τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μυρίον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.*)
Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῖσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων·
Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἠπιδέξιος
Ἔπεά τε ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

Consiste Archilochumque hic aspice principem poetam
Antiquum iambi, cuius ingens gloria
Ad vesperum pervenit atque ad ortum.

*) Cod. Vat. ποτ' ἀῶ.

Is sane a Musis et Apolline Delio est amatus;
Tam suavis et tam carminis solers fuit
Pangendi et ad modos lyrae canendi.

II.

MELEAGRI.

Anthol. L. III. p. 330. Anal. T. I. Ep. 119.

Δεξιτερὴν Ἀΐδαο θεοῦ χέρα καὶ τὰ κελαινὰ
Ὄμνυμεν ἀῤῥήτου δέμνια Φερσεφόνης·
Παρθένοι ὡς ἔτυμον καὶ ὑπὸ χθονί· πολλὰ δ' ὁ πικρὸς
Αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔφλυσε παρθενίης
Ἀρχίλοχος, ἐπέων δὲ καλὴν φάτιν οὐκ ἐπὶ καλὰ
Ἔργα, γυναικεῖον δ' ἔτραπεν εἰς πόλεμον·
Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἐφ' ὑβριστῆρας ἰάμβους
Ἐτράπετ' οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι;

Iuramus Ditis dextram nigrumque nefandae
Persephones, nos haec dicere vera, torum:
Castae migrantes et ad orcum mansimus, in nos
Archilocho quamvis multa vomente probra.
At vero is pulchra fama male carminis usus
Virgineis movit barbara bella choris.
Cur in eos saevis faciles armastis iambis,
Musae, haud curantem fasque nefasque virum?

III.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΛΥΚΑΜΒΙΑΔΑΣ.

Anthol. L. III. p. 330. Anal. T. I. p. 493. Ep. 33. Quae in Anthologia duo epigrammata sunt, auctoritate Cod. Vat. in Analectis coniuncta in unum recte exhibentur.

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον, αἵδε Λυκάμβεω,
Αἳ λάχομεν ϛυγερὴν κληδόνα, θυγατέρες,
Οὔτε τι παρθενίην ᾐσχύναμεν, οὔτε τοκῆας,
Οὔτε Πάρον νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν.
Ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥιγηλὸν ὄνειδος
Φήμην τε ϛυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος.
Ἀρχίλοχον, μὰ θεοὺς καὶ δαίμονας, οὔτ' ἐν ἀγυιαῖς
Εἴδομεν, οὔθ' Ἥρης ἐν μεγάλῳ τεμένει.
Εἰ δ' ἦμεν μάχλοι καὶ ἀτάσθαλοι, οὐκ ἂν ἐκεῖνος
Ἤθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

Non nos, iurandos per manes perque verendos,
Nomen sortitae turpe Lycambiades,
Virgineos mores non dedecoravimus unquam,
Nec Paron excelsam, quam mare cingit aquis.
Archilochus sed enim horrendae convicia linguae
In nostrum vomuit diraque probra genus.
Nec, per daemonas atque deos, Iunonis in aede
Nec plateis unquam vidimus Archilochum.
At si vita procax nobis atque improba, nollet
Ex nobis sobolem gignere legitimam.

IV.

ANTIPATRI THESSALI.

Anthol. L. II. p. 252. Anal. T. II. p. 120. Epigr. 45.

Φεύγεθ', ὅσοι λόκκας ἢ λοφνίδας ἢ καμασῆνας
  Ἄιδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων,
Οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες,
  Κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ.
Σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
  Σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχετ' ὑδροπότας.

Este procul calvas, taedas, piscesve canentes
  Vates, qui nugas difficiles legitis,
Et quos contorto versantes ordine verba
  Ieiunos tenui fons sacer explet aqua.
Archilocho fortique hodie libamus Homero;
  Crater potores non hic aquae recipit.

V.

CN. LENTULI GAETULICI.

Anthol. L. III. p. 391. Anal. T. II. p. 167. Ep. 6.

Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρὴν
  Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ,
Αἱμάξας Ἑλικῶνα τὸν ἥμερον. Οἶδε Λυκάμβης
  Μυρόμενος τρισσῶν ἅμματα θυγατέρων.
Ἥρεμα δὴ παράμειψον, ὁδοιπόρε, μήποτε τοῦδε
  Κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους.

Ex interpretatione Grotii.

Archilochum tegit haec pars littoris: ille Camoenas
Vipereo coepit tingere felle truces,
Sanguine adhuc placidum turbans Helicona. Lycamben
Tres natas perimens nodus id edocuit.
Quisquis es, hac tacito transi pede, busta sedentes
Ista super vespas ne tibi commoveas.

VI.

HADRIANI CAESARIS.

Anthol. L. II. p. 253. Anal. T. II. p. 286.

Ἀρχιλόχου τόδε σῆμα, τὸν ἐς λυσσῶντας ἰάμβους
Ἤγαγε Μαιονίδῃ Μοῦσα χαριζομένη.

En tumulum Archilochi, rabidos quem Musa in iambos
Misit, Maeonidae gratificata suo.

VII.

IULIANI AEGYPTII.

Anthol. L. III. p. 95. Anal. T. II. p. 507.

Κέρβερε δειμαλέην ὑλακὴν νεκύεσσιν ἰάλλων,
Ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.

Ἀρχίλοχος τέθνηκε· φυλάσσεο θυμὸν ἰάμβων
  Δριμὺν πικροχόλου τικτόμενον ϛόματος.
Οἶσθα βοῆς κείνοιο μέγα σθένος, εὖτε Λυκάμβεω
  Νηῦς μία σοι δισσὰς ἤγαγε θυγατέρας.

Interpretatio Grotii.

Cerbere, qui saevis terres latratibus umbras,
  Umbram nunc saevam non minus ipse time.
Occidit Archilochus; penetrabile virus iambi,
  Ex iracundo quod fluit ore, cave.
Quam sit atrox clamare, datum tibi scire, Lycambae
  Cymba tibi natas cum tulit una duas.

VIII.

EIUSDEM.

Anal. et Anthol. l. c.

Νῦν πλέον ἢ τὸ πάροιθε πύλας κρατεροῖο βερέθρου
  Ὄμμασιν ἀγρύπνοις τρισσὲ φύλασσε κύον.
Εἰ γὰρ φέγγος ἔλειπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων
  Ἄγριον Ἀρχιλόχου φθέγμα Λυκαμβιάδες·
Πῶς οὐκ ἂν προλίποι σκοτίων πυλεῶνας ἐναύλων
  Νεκρὸς ἅπας, φεύγων τάρβος ἐπεσβολίης;

Nunc magis atque prius portas servato minacis
  Insomnis barathri triplice fauce canis.

Archilochi nam si dirum fugere relicta
Carmen iambeùm luce Lycambiades:
Limina quî manes non et tenebrosa relinquant,
Terribilis fugiant ut maledicta viri?

IX.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Anal. T. III. p. 257. Epigr. 503.

Ἀρχιλόχου τάδε μέτρα καὶ ἠχήεντες ἴαμβοι,
Θυμοῦ καὶ φοβερῆς ἰὸς ἐπεσβολίης.

Archilochi versus et iambos ecce sonoros,
Viperei plenos fellis et opprobrii.

X.

MELEAGRI.

In dedicatione Anthol. ad Dioclem v. 37.

Ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκανθὲς,
Ἀρχιλόχου σμικρὰς ςράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

Oceano paucae quasi guttae ex Archilochio
Adiectus flos est hispidus hippophais.

COMMENTATIO

DE

VITA ET SCRIPTIS

ARCHILOCHI.

COMMENTATIO DE VITA ET SCRIPTIS ARCHILOCHI.

§. I.

Archilochus, poeta lyricus,[a]) iambographus,[b]) ex insula Paro, una Cycladum, oriundus.[c]) Hinc a Luciano Πάριος τὸ γένος,[d]) et ab aliis auctoribus ὁ Πάριος Ποιητής, aut ἰαμβοποιὸς ὁ Πάριος dicitur,[e]) eiusque iambi Parii ab Horatio vocantur.[f]) A vero igitur aberrat Mancinellus, qui ad Horat. Epod. IV. v. 13. eum Lacedaemonium fuisse scribit. Proavus Archilochi Tellis fuit, ut Pausanias memorat.[g]) Sevini coniectura est[h]) ex eodem Pausaniae loco, vix aliud genus inter Parios fuisse nobilius genere Archilochi, ac Tellin cum Cleoboea in Thasum, ubi ea Cereris mysteria instituit, profectum esse. Patri Archilochi Telesicles nomen fuit, ut patet ex oraculo, quod ei de futura filii gloria datum est.[i]) Quare Stephanus Byzant.[k]) eumque secutus Potterus[l]) Telesiclem filium Archilochi perhibent. Mater eius Enipo serva fuit, ut ipse memoriae prodidit.[m])

---

a) Diomed. L. III. p. 480. Κοινοῦ vel communis poematis prima est heroica, ut est Iliados et Aeneidos; secunda lyrica, ut est Archilochi et Horatii. Nicephor. in scholiis ad Synes. de Insomn. p. 427. Ὁ Ἀρχίλοχος οὗτος ἀρχαῖος ἦν λυρικὸς ποιητής, ὃς οὐ μόνον πρὸς λύραν ᾖδεν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέτρῳ ἡρωϊκῷ τὰ καθ' αὐτὸν ἔγραψε. Item Iulius Firm. L. IV. Astron. p. 173. vid. infr. C. VIII. §. n. b).

b) Galenus T. IV. p. 36. dum inscitiam et absurdam iactationem Thessali medici exagitat: Τίνος Ὁμήρου νῦν εὐπορήσομεν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τὴν Θεσσάλειον ὑμνήσοντος νίκην; ἢ τίνος μελοποιοῦ κατὰ Πίνδαρον ᾄσοντος ὑψηλῶς ἐν διθυράμβοις, ὡς πάλαι τὸν Διόνυσον, οὕτω νῦν τὸν Θέσσαλον; ἢ τούτων μὲν οὐδενὸς χρήζομεν, Ἀρχιλόχου δέ τινος ἢ Ἱππώνακτος ἰάμβους γραφόντων. Diomed. L. III. p. 482. Appellatum est (carmen iambicum) παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere, cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax. Tzetz. in Proleg. ad Lycophr. Ἀριπρεπεῖς δὲ ἰαμβογράφοι τρεῖς· Ἀνανίας, Ἀρχίλοχος, Ἱππώναξ.

c) Strab. L. X. p. 487. μετὰ δὲ ταύτην Νάξος καὶ Ἄνδρος ἀξιόλογοι καὶ Πάρος· ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής.

d) Lucian. Pseudol. T. III. p. 162. fragm. 118.

e) Athenae. L. I. p. 7. F. fragm. 119. — Origen. contra Cels. L. II. C. 201. p. 407. fragm. 82.

f) Horat. L. I. Ep. 19. v. 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio. —

g) Pausanias p. 344, 36. Ἐπὶ τοῦτο οὖν καὶ Πολύγνωτος γέροντα ἔγραψε ἤδη τῇ ἡλικίᾳ τὸν Χάρωνα. οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες τῆς νεὼς οὐκ ἐπιφανεῖς εἰς ἅπαν εἰσὶν, οἷς προσήκουσι. Τέλλις μὲν ἡλικίαν ἐφήβου γεγονὼς, φαίης ἂν, Κλεοβοία δὲ ἔτι παρθένος, ἔχει δὲ ἐν γόνασι κιβωτὸν, ὁποίας ποιεῖσθαι νομίζουσιν Δήμητρι. Ἐς μὲν δὴ τὸν Τέλλιν τοσοῦτον ἤκουσα, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς Ἀρχίλοχος ἀπόγονος εἴη τρίτος Τέλλιδος. Κλεοβοίαν δὲ ἐς Θάσον τὰ ὄργια τῆς Δήμητρος ἐνεγκεῖν πρώτην ἐκ Πάρου φασίν.

h) Sevin. T. X. p. 20. Commentar. Acad. Inscript. Paris.

i) Eusebius Praeparat. evangel. L. V. C. 33. p. 227. ex Oenomao:

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελέσικλες,
Ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποις. —

ὁ δὲ παῖς ἦν Ἀρχίλοχος.

k) Stephan. Byzant. v. Θάσσος. vid. §. II. a.

l) Potterus ad Clement. Alexandr. L. I. p. 397, 15. n. 2.

m) Aelian. V. H. L. X. c. 13. Αἰτιᾶται Κριτίας Ἀρχίλοχον, ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν. Εἰ γὰρ μὴ, φησὶν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν

ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὔθ' ὅτι καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν εἰς Θάσον, οὔθ' ὅτι ἐλθὼν τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο· οὔτε μὴν ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγεν.

---

§. II.

Constat Archilochum iam eo tempore vixisse, quo ex oraculo eius patri dato Thasus, colonia deducta, a Pariis condita est. Ipse enim eo emigravit, vel etiam, ut Eusebius innuit, huic deductioni praefuit.[a]) Immo colligere ex loco Eusebii possis, cum nomen Aeriae, quo Thasum obscure, more suo, oraculum indicabat, forte iam antiquatum, neque notum Pariis, aut pluribus locis commune, ideoque dubium esset,[b]) quem locum oraculum designaret: Archilochum vel aperuisse Pariis, Aeriam esse Thasum insulam, vel id in quodam carmine iam antea commemorasse, et ideo fortasse in admiratione habitum, etsi adolescentem, huic deductioni esse praefectum. Thasus[c]) autem condita est a Pariis,[d]) ut Dionysius tradidit, Olymp. XV. vel etiam XVIII. ut Xanthus Lydus, quem Dionys. Halicarn. auctorem antiquitatum inprimis peritum vocat.[e]) Quare si ponas, Archilochum, quo tempore in Thasum emigrabat, adolescentem saltem viginti et aliquot annos habuisse, apparet eum iam fuisse Romulo regnante, ut Cicero asserit,[f]) huiusque aetate natum esse, cum Romuli mors in Olymp. XV. vel iuxta alios XVI. inciderit. Laude vero poeseos inclaruisse videtur praecipue post Olymp. XX.[g]) et tandem ad Olymp. XXIII., ad quam plurimi auctores eum referunt, et quo tempore Gyges in Lydia regnabat, carminum gloria iam fuisse florentissimum.[h]) Hanc aetatem florentis eius

famae etiam spectat Cornel. Nepotis sententia, qua Archilochus ad tempus Tull. Hostilii, qui Olymp. XXVI. regnare coepit, refertur. i)

---

a. b) Euseb. Praeparat. Evang. L. V. C. 33. p. 256. —
Ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω,
Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄςυ.
Ἀγγελῶ, νὴ Δία (φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος, ἤ σε ἐλέγχων) κἂν μὴ κελεύσεις. πέπρωται γάρ. καὶ ἔςι Θάσος μὲν ἡ Ἠερίη νῆσος. ἥξουσι ἐπ᾽ αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φάσκοντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. σὺ οὖν (δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν) οὐκ ἀνέξῃ, οἶμαι, αὐτοῦ οὕτως ὄντος ἀχαρίςου καὶ θρασέος, ὅς, εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ᾽ ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν, οὐδ᾽ ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ᾤκησαν. Stephan. Byzant. v. Θάσσος· ὅτι δὲ Ἀερία ἡ Θάσσος, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου· Ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεις, vel Τελεσίκλεες, κ. τ. λ. ut apud Eusebium, ubi forte post Ἀρχιλόχου vox πατρὶ excidit. Pinedo Τελεσικλῆς legi vult, sed nil mutandum vel lectio ex Eusebio admittenda, nam Τελεσικλέης, Τελεσικλῆς format vocativ. Τελεσίκλεες, Τελεσίκλεις, Τελέσικλες. Homer. Il. α. 337. Πατρόκλεις, ubi vide Schol. Isocrat. Νικόκλεις. Thasum autem primum Aeriam dictam esse, praeter alios auctores etiam Plinius adfirmat L. I. c. 12. Ab ea (Lemno) Thasus libera quinque M passuum, olim Aeria vel Aethria dicta.

b) Aul. Gellius L. XII. c. 6. Quod Boeotia ante appellata fuerit Aonia, quod Aegyptus Aeria dicta est, quod Creta eodem quoque nomine dicta est. Item Stephan. Byzant. v. Ἀερία. et Hesych. Ἀερία. Θάσον δὲ τὴν νῆσον καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν.

c) Thasus primum habitata a barbaris, deinde a Phoenicibus, qui ex Asia cum Cadmo et Thaso venerant, a quo etiam nomen sortita est. Id factum quinque aetatibus (γενεαῖς) ante

Herculis aetatem auctores tradunt. Scymn. Chius T. II. p. 38. Geograph. minor.

Ἀπὸ δὲ Μακέσσης, Ἠμαθίας τε λεγομένης
Ἑξῆς Νεάπολίς ἐςι καὶ νῆσος Θάσος,
Ἣν βάρβαροι τὸ πρότερον ᾤκουν, ὡς λόγος.
Ἔπειτα Φοίνικες μετὰ Κάδμου καὶ Θάσου
Ἐκ τῆς Ἀσίας διαβάντες, ἔλαβον δὲ Θάσον·
Ἀπὸ τοῦ Θάσου καὶ τοὔνομ' ὡς νῦν ἔχει.

Legendum forte, ut iambus sibi constet: Ἀπὸ τοῦ Θάσου δὲ καὶ τὸ ὄνομ', ὡς νῦν, ἔχει. Herodot. L. II. C. 44. Ἀπικόμην καὶ ἐς Θάσον, ἐν τῇ εὗρον ἱρὸν Ἡρακλέος ὑπὸ Φοινίκων ἱδρυμένον, οἳ κατ' Εὐρώπης ζήτησιν ἐκπλώσαντες Θάσον ἔκτισαν. καὶ ταῦτα καὶ πέντε γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐςι, ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Has generationes vero sive aetates exponit Stephan. Byzant. v. Θάσσος — νῆσος περὶ Θρᾴκης· ἣ δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους καὶ Θάσσος παλαιότερος, εἴπερ ἀπὸ Ἀγήνορος Προῖτος ἦν· Ἀγήνορος δὲ Βῆλος ἀδελφὸς ἦν, Βήλου δὲ Αἴγυπτος, οὗ Λυγκεὺς, οὗ Ἀλκαῖος, οὗ Ἀμφιτρύων, οὗ Ἡρακλῆς. ubi pro ἣ δὲ legi velim ἦν δὲ έ γενεαῖς, quae numeri nota excidisse videtur. Quare Scaliger ad Eusebii Chronicon p. 36. non recte asserit, Thasum a Phoenicibus decem aetatibus vel generationibus ante Herculem fuisse conditam. De Thaso vero, fratre Cadmi, vid. Conon. narrat. 37. Apollodor. L. III. C. I. §. 1. qui eum Neptuni filium facit.

d) Coloniam a Pariis in Thasum esse deductam auctores memorant, Herodotus L. II. C. 44. vid. supra. Thucyd. L. IV. C. 104. Ἔςι δὲ νῆσος (Θάσος) Παρίων ἀποικία, ἀπέχουσα τῆς Ἀμφιπόλεως ἡμίσεος ἡμέρας μάλιςα πλοῦν. Strabo L. X. p. 487. Ὑπὸ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. item Eusebius, vide not. a.

e) Clemens Alexandr. Stromat. L. I. p. 397. Ξάνθος δὲ Λυδὸς φησὶ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς δὲ Διονύσιος, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην Θάσον ἐκτίσθαι. De Xantho Lydo vid. G. Voss. de Historic. Graec. L. III. p. 358. Dionys. Halicarn. L. I. Antiqu. Roman. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς ἱςορίας παλαιᾶς, εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος. Dionysius vero, cuius Clemens meminit, videtur esse Chalcidensis, qui Κτίσεις scripsit. vid. Vossium l. c. p. 358.

f) Cicero Quaest. Tuscul. L. I. Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam; Archilochus regnante Romulo. Ger. Vossius de Poet. Graec. C. 3. p. 14. et alias citat anonymi scriptoris graeci velut antiqui descriptionem sive ἀναγραφὴν τῶν Ὀλυμπιάδων; qui Archilochum iam ad Olymp. XV, 1, iam ad XVIII, 1 et XIX, 3 refert, quem tamen non esse audiendum censet. Verum tota haec descriptio non est veteris auctoris, sed a Scaligero concinnata, ut ipse variis locis ad Chronicon Eusebii innuit, et Ed. Corsinus in Dissertat. Agonist. p. 116. post Petavium et Fabricium monet.

g) Clemens Alex. Stromat. p. 397. post verba §. II. d) allata, quibus ait Thasum vel XV. vel XVIII. Olymp. esse conditam, sic pergit: ὡς εἶναι συμφανὲς τὸν Ἀρχίλοχον μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἤδη γνωρίζεσθαι Ὀλυμπιάδα.

h) Herodot. L. I. C. 12. τοῦ (Γύγου) καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. vid. ad hunc locum fragm. II. Tatianus πρὸς Ἕλληνας p. 109. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν (ὕστερον) τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις. Haec ipsa habet Euseb. Praeparat. evangel. p. 492. ad verbum, nisi quod hic ὕστερον adsit, quod in Tatiano excidit. Cyrillus contra Iulianum p. 12. Εἰκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Ἀρχίλοχον, τὰ Ἰουδαίων κράτη διέποντος Μανασσῆ. Syncell. in Chronogr. p. 180. Καὶ ἕτεροι (φασὶ γεγονέναι Ὅμηρον) κατὰ Ἀρχίλοχον περὶ κγ' Ὀλυμπιάδα μετὰ ἔτη φ' που τῆς ἁλώσεως Τροίας. Item Proclus in Chrestomath. vid. §. VI. m.

i) Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romae regnante iam tunc fuisse poematis clarum et nobilem. Aul. Gell. XVII. 21.

---

§. III.

Archilochus iunior Terpandro,[a]) Clona,[b]) Callino,[c]) aequalis Simonidis Amorgini,[d]) antiquior Thaleta Cretensi perhibetur.[e]) Callini, Clonae et Thaletae aetas

incerta est, Simonidis in Olymp. XX. incidit; nam 490 annis post tempora Troiana vixisse scribitur; [f]) Terpandri controversa est. Sunt enim, qui eum ad Midae usque tempora reiiciant, [g]) ut adeo eadem cum Orpheo aetate fuisset, a quo Midas, patrem Gordium regno excipiens, sacrorum solennibus initiatus est, ut Iustinus scribit. [h]) Alii Lycurgi aetate vixisse memorant, quem Iphiti aequalem auctores passim faciunt. [i]) Verum Clemens Alex. recte adnotat, Terpandrum a Graecis ad tempora nimis antiqua referri, [k]) et tantum abesse, ut Midae tempore vixerit, ut etiam ex Phaniae auctoritate Archilocho iunior fuerit. [l]) Athenaeus ex Sosibio tradit, Terpandrum primum in Carneis vicisse, eaque Olymp. XXVI. esse instituta. [m]) Eusebius eum prorsus ad Olymp. XXXIII, 2, adscribit, eique suffragatur Chronicon Parium Terpandri aetatem epocha XXXV. collocans, [n]) quod in annum ante C. N. 645. adeoque in Olymp. XXIII. incidit, cui sententiae etiam accedit Salmasius Exercit. Plinian. p. 599. Neutonus praeterea in Chronographia [o]) ostendit, Lycurgum non aetate Iphiti, sed omnino Olymp. XVIII. et sequentibus floruisse, circa Olymp. XXIII. Homeri poemata in Graeciam importasse, deinde leges suas tulisse, quas Terpander versibus complexus est. Quod si haec rationi temporum, ut esse videntur, magis sunt consentanea, Doct. Christ. Wagner in Chronico Pario verso et illustrato ad XXXIV. ann. 418. et ante C. N. 682. quae cum Olymp. XXIV. congruit, recte pro Tyrtaeo Archilochum substituere videtur, neque praetermissum esse iudicans, qui et poeta princeps et Parius fuit. [p])

---

a) Plutarch. T. X. p. 654. de Musica: Καὶ τοῖς χρόνοις δὲ σφόδρα παλαιός ἐςι (ὁ Τέρπανδρος). πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου ἀποφαίνει Γλαῦκος ὁ ἐξ Ἰταλίας ἐν συντάγματί τινι τῷ περὶ

ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν. Φησὶ γὰρ αὐτὸν δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντα αὐλῳδίαν. De Glauco Rhegino vide Voss. de Historic. Graec. L. IV. p. 437.

b) Plutarch. ibid. p. 655. Κλονᾶς δὲ ὁ τῶν αὐλῳδικῶν νόμων ποιητής, ὁ ὀλίγῳ ὕστερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης· ὡς δὲ Βοιωτοὶ, Θηβαῖος· μετὰ δὲ Τέρπανδρον καὶ Κλονᾶν Ἀρχίλοχος παραδίδοται γενέσθαι.

c) Strabo L. IV. p. 647. Clem. Alexandr. Stromat. p. 397. vide fragm. 86.

d) Clem. Alex. Strom. p. 347. Σιμωνίδης μὲν οὖν κατὰ Ἀρχίλοχον φέρεται. De Simonide Amorgino, iambographo, hic sermonem esse apparet.

e) Plutarch. T. X. p. 660. de Musica: Καὶ περὶ Θαλήτα τοῦ Κρητὸς, εἰ παιάνων γεγένηται ποιητὴς, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ μακρότερον ἐκτεῖναι καὶ Μάρωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιΐαν ἐνθεῖναι, οἷς Ἀρχίλοχον μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλ' οὐδὲ Ὀρφέα, οὐδὲ Τέρπανδρον.

f) Suidas: Σιμωνίδης ὁ Κρινέω, Ἀμοργίνος, ἰαμβογράφος — γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τετρακόσια καὶ ἐννενήκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.

g) Clem. Alexandr. Stromat. p. 347. Ναὶ μὴν καὶ Τέρπανδρον ἀρχαΐζουσί τινες. Ἑλλάνικος γοῦν τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ Μίδαν γεγονέναι.

h) Iustin. L. XI. C. VII.

i) Athenae. L. XIV. p. 635. Ἱερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ ποιητῶν, κατὰ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην τὸν Τέρπανδρόν φησι γενέσθαι, ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἱστορεῖται, μετὰ τοῦ Ἰφίτου τοῦ Ἠλείου τὴν πρώτην ἀριθμηθεῖσαν τῶν Ὀλυμπίων θέσιν διαθεῖναι. Hieronymus Rhodius sine dubio is, de quo agit Voss. L. I. de Histor. Graec. p. 48.

k) Vide not. g.

l) Clem. Alexandr. Stromat. p. 347. post verba not. g. adlata sic pergit: Φανίας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον. Phanias Eresius, de quo Voss. l. c. p. 49. Lesches Lesbius, auctor parvae Iliadis, claruit secundum Chronic. Euseb. Olymp. XXX, 4.

m) Athenae. L. XIV. p. 635. Τὰ Καρνεῖα πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, κἀν τοῖς καταλογάδην. Ἐγένετο δὲ ἡ θέσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὡς Σωσίβιός φησιν ἐν τῷ περὶ χρόνων. Sosibius, Lacon, qui dum de rebus patriis testatur, tanto magis fidem meretur. Vide quoque fragmenta Hellanici a doct. Sturzio edita in notis p. 84, 85, cuius sententiae tamen non accedo, neque aliam quam vulgarem receptamque Olympiadum rationem intelligendam esse arbitror.

n) Chronic. Parium Epoch. XXXV. p. 11. n. 49.

o) Neuton. in Chronol. Graec. Cap. XI, XII.

p) Chron. Par. p. 156. et seq. Cum characteres hic deleti essent, primique restauratores Tyrtaeum ibi posuissent, doct. Wagner sic potius supplendum esse censet:

αφ ου [Αρχιλοχ]ο[ς Τελεσικλο]υ[ς ο ποιητης ἐφάνη]
vel αφ ου [Αρχιλ]ο[χος τους ιαμβο]υ[ς εδιδαξε]

§. IV.

Verum Eusebius in Chronico alium auctorem secutus, et Syncellus, qui Eusebium exscripsit, contra id quod superiori loco asserunt, Archilochum, simulque Simonidem et Aristoxenum Olymp. XXIX. claruisse scribunt. a) Quae ut prioribus non dissentiant, ad extremum vitae tempus Archilochi forte referenda sint, qui, si a tempore deductae in Thasum coloniae, quo saltem adolescens fuerit, rationem ineas, Olympiadi XXIX. vix ac ne vix quidem supervixisse videtur. Observare etiam licet, in fragmentis eius plurimis nihil sane occurrere, quod ultra Olymp. XXVI. progrediatur. Syracusae ab Archia conditae Olymp. V. b) Magnetes ab Ephesiis vel Treribus deleti paulo ante Olymp. XX. videntur. c) Gyges ad Olymp. XXVI. usque regnavit; d) ut adeo, si vitae finem circa Olymp. XXIX. statuimus ei contigisse,

non multum a vero aberrare videamur. Ex Diphilo autem, qui in Comoedia Sappho inscripta Archilochum et Hipponactem amatores poetriae in scenam induxit,[e] de aetate poetae prorsus nihil colligi potest aut debet, cum vel inscius, ut Vossius putat,[f] vel etiam παίζων, ut Athenaeus censet,[g] tempora neglexerit, idque poetae putarit fas esse sic in comoedia ludere. Nescio quid Solinus[h] sibi voluerit, qui, dum de iis quae post mortem Archilochi acciderunt, loquitur, usque ad Curionum tempora evagatur.

---

a) Euseb. in Chron. ad ann. 1354. Olymp. XXIX, 2. Archilochus et Simonides et Aristoxeni Musici illustres habentur. Et Syncell. ad eand. Olymp. p. 213. Ἀρχίλοχος ὁ καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἀριςόξενος μουσικοὶ ἐγνωρίζοντο. De Simonide Amorgino iterum sermonem esse manifestum est. Aristoxenus vero hic, ut Vossius monet, non est musicus ille, Aristotelis discipulus, minimum LXXX. Olymp. iunior, sed vetustus poeta Selinuntius, ipsi iam Epicharmo memoratus. Vid. Hephaest. p. 25. et schol. Aristophan. Πλοῦτ. v. 487.

b) De conditis ab Archia Syracusis vid. fragm. 126.

c) Vid. fragm. 86.

d) Vid. fragm. 2.

e) Athenae. L. XIII. p. 599. Καὶ γὰρ Δίφιλος ὁ κωμῳδοποιὸς πεποίηται ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραςὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα.

f) Vossius de Historic. Graec. p. 6. qui et Scaligeri sententiam in animadversionibus Eusebianis adfert, qua Archilochus ad tempora Darii Hystaspis filii refertur, qui demum imperare coepit Olymp. LXIV, 3. Vellem, inquit Vossius, huius sententiae suae rationem vel auctorem addidisset.

g) Athenae. loco antea cit.

h) Solin. C. VII. §. 136. Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt, sed hoc bonum hereditarium nunquam fuit, nisi

in familia Curionum,*) in qua tres serie continua oratores fuerunt. Magnum hoc habitum est sane eo saeculo, quo praecipue facundiam et humana et divina mirata sunt. Quippe tunc percussores Archilochi poetae**) Apollo prodidit, et latronum facinus deo arguente detectum est.

*) Manifestum est, hoc toto coelo a ratione temporum aberrare. Curiones hi tres probabiliter illi sunt, de quibus Cicero in Bruto loquitur, quorum primus C. Curio fere eadem aetate cum M. Scauro, P. Rutilio, C. Graccho floruit, quem Cicero, licet in oratione eius quaedam vituperet, illustrem oratorem vocat. C. 29. Alter C. Curio propemodum aequalis C. Cottae et P. Sulpicii, C. 41 et 58, cui Cicero splendorem in verbis tribuit, arte vero eum caruisse ait, et actione fuisse ridicula et memoria fere nulla. C. 50. Tertius Curio, huius filius, adolescens, C. 79, qui, ut Cicero inquit, magnam eloquentiae laudem consecuturus fuisset, si diutius vixisset. vid. etiam Salmas. in Exercit. Plinian. ad Solin. p. 38.

**) Vid. infra §. XVIII. not. f).

§. V.

Fortuna parum favente et benevola usus esse videtur Archilochus, a) in vita neglectus et pauper, et hinc fortasse tanto magis in iambos exasperatus. Propter paupertatem etiam Parum reliquit, et in Thasum emigravit. b) Verum et hic res ei non melius cessere; partim enim odio civium agitatus, quibus forsitan ob acerbitatem carminum invisus factus est; certe quidem propter maledicentiam multas eum calamitates pertulisse canit Pindarus; c) partim etiam malis, quae insulam hanc presserunt, afflictus esse videtur, de quibus eum graviter in carminibus suis conquestum esse apparet. d) Matrimonio sibi iuncturus erat Neobulen, filiam Lycambae, Doti cuiusdam filii, e) promissa sibi iam nuptiarum fide, sed violata deinde a Lycambe, suaque exspectatione frustratus f) carminibus iambicis et epodis in eum filiasque, quarum duae aut tres fuere, g) atrocissime saeviit, h)

praeter alia convicians eas dehonestasse virginitatem, parentes ipsamque patriam,[i]) quas tamen Dioscorides in epigrammate se defendentes inducit.[k]) Neobulen imprimis probrosis nominibus proscidit,[l]) patremque ac filias eo tandem desperationis adegit, ut vitam suspendio finirent.[m])

---

a) Iulian. p. 337. a. 'Ανακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μοιρῶν. 'Αλκαίῳ δ' οὐκέτι, οὐδ' 'Αρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν μοῦσαν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι· μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκαζόμενοι, τῇ μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα ποιοῦντες αὐτοῖς, ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου, τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ.

b) Synesius de Insomn. p. 156. Οὔτε γὰρ ('Αρχίλοχος καὶ 'Αλκαῖος) κενεμβατοῦντες τοὺς λόγους ἐξήνεγκαν, ὥσπερ τὸ νέον τοῦτο τὸ σοφὸν γένος ἐπὶ συμπεπλασμέναις ταῖς ὑποθέσεσιν· οὔτε ἑτέροις κατεχαρίσαντο τὸ σφέτερον ἀγαθὸν, ὥσπερ Ὅμηρος καὶ Στησίχορος, τὸ μὲν ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς, αὐτοὶ δὲ, τόγε ἐφ' ἑαυτοῖς, ἠμελήθησαν, περὶ ὧν οὐδὲν ἔχομεν ἢ ὅτι ποιηταὶ δεξιοί. item Ael. L. X. C. 13. vid. §. I. m.

c) Pindar. Pyth. β. v. 100.

'Εμὲ δὲ χρεὼν
φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακηγορίαν·
εἶδον γὰρ, ἑκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
ψογερὸν 'Αρχίλοχον, βαρυλό-
γοις ἔχθεσι πιαινόμενον.

Ubi Schol. Εἶδον γὰρ, φησὶ, ἐν ἀπορίᾳ βίου τὸν 'Αρχίλοχον καθεστῶτα διὰ τὴν λοιδορίαν, πάντων αὐτὸν ἀποστρεφομένων. Ovid. in Ib. Utque repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic sit in exitium lingua proterva tuum.

d) Strabo p. 370, et 647. vid. fragm. 86, 87. fragm. 48, 49. Eustath. p. 725 et 1542. fragm. 88. item fr. 3, 9 et 48.

e) Vid. not. f. Hesych. Δωτάδης· Δώτου υἱὸς ὁ Λυκάμβης.

f) Origenes contra Cels. L. II. C. 201. Dio Chrysostom. Orat. 36. p. 641. B. vide fragm. 82.

g) Vid. Epigramm. Anthol. 2. 3. 4. 8.

h) Terentian. p. 2438. Victorin. L. II. p. 2552. vide fragm. 59. in notis et §. IX. not. x.

i) Vid. Epigramm. Anthol. 2. 3.

k) Vid. l. c.

l) Vid. fragm. 5, 140, 145, 158. et alia. Eusebius Praeparatione evang. L. V. C. XXXIII. p. 228. ubi numen Pythium alloquitur et deridet: τί πράττειν κελεύεις ἡμᾶς; ἢ δηλαδὴ τὰ Ἀρχιλόχου, εἰ μέλλοιμεν ἄξιοι φανεῖσθαι τῆς ὑμετέρας ἑςίας; λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι, ἅψασθαι δὲ καὶ τῶν κιναίδων, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονηρότεροί εἰσι, καὶ οὐχὶ διὰ μέτρου, αὕτη γὰρ διάλεκτος καὶ θεῶν, ὥσπερ οὖν καὶ θείων ἀνδρῶν, ὥσπερ Ἀρχιλόχου. vide etiam fragm. 145, 158.

m) Vetus Horatii interpres ad Epod. VI, 13. „Lycambes habuit filiam Neobulen; hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset, nec a patre data est (f. esset), huic iratus Archilochus in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, ut cum filia vitam loqueo finiret.“ Et alius interpres ibidem eadem refert. Schol. Hephaest. p. 87. dum docet, metrum iambicum ab ἰαμβίζειν, id est ὑβρίζειν, esse appellatum, sic pergit: Ἢ ἀπὸ Ἰάμβης οὕτω καλουμένης κόρης, ἥτις αἰσχρῶς ὑβρισθεῖσα ἀγχόνῃ κατέλυσε τὸν βίον. ὅπερ καὶ αἱ Λυκαμβίδες ἐπὶ τοῖς Ἀρχιλόχου ποιήμασιν (ἔπαθον). Eustath. T. III. p. 1684. Ἱςέον δὲ πολλῶν προσώπων ἀψαμένων βρόχους ἐπὶ λύπαις ἔπαθον οὕτω κατὰ τὴν παλαιὰν ἱςορίαν καὶ αἱ Λυκαμβίδες ἐπὶ τοῖς Ἀρχιλόχου ποιήμασιν, μὴ φέρουσαι τὴν ἐπιφορὰν τῶν ἐκείνου σκωμμάτων. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ δεινὸς ὑβρίζειν. vid. etiam Epigr. 5. 7. 8. Factum hoc respicit quoque Horat. Epod. VI, 13.

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambae fretus infido gener.*)

*) ubi tamen scholiast. notat, Neobulen non propter satyras Archilochi, sed propter funestam sui patris mortem se suspendisse.

Et L. I. Epist. 19, 23. — Numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.
Et paulo post v. 28. —
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcaeus, sed rebus et ordine dispar,
Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris,
Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.
Item Ovid. in Ibin: — In te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.
Vid. etiam de hoc suspendio Iambos Comitis de Stollberg Sat. I. p. 3.

---

§. VI.

Lucianus indolem animi Archilochi sic describit: „Fuisse virum omnino liberum, et fiducia quadam uti solitum, nec cunctantem maledicere, si vel maxime laesurus videretur, qui in bilem iamborum suorum incidisset.“ a) Verum acerbus vitiorum censor et insectator iis se ipse non immunem praestitit; immo ea de se fateri non erubuit, turpes nimirum impurosque amores suos, b) tum etiam, quod, cum contra Saios, Thraciae populum, militabat, scuto abiecto fugerit, c) etsi in carminibus gloriatur, se aeque θεράποντα Ἐνυαλίου ac Ἀπόλλωνος esse. d) Versus illi, quibus suam fugam, scutique abiectionem fatetur, a pluribus scriptoribus servati sunt, e) iique in causa fuerunt, cur Lacedaemonem veniens eodem etiam tempore ex urbe migrare iussus sit. f)

---

a) Vide fragm. 118.

b) Aelian. L. X. C. 13. post locum §. I. m): Πρὸς δὲ τούτοις, ἦ δ᾽ ὅς, οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν, ᾔδειμεν, εἰ μὴ παρ᾽ αὐτοῦ μαθόντες, οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστής· καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν Ἀρχίλοχος μάρτυς ἑαυτῷ.

τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν, καὶ τοιαύτην ἑαυτῷ φήμην. ταῦτα οὐκ ἐγὼ τὸν Ἀρχίλοχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτίας. Maximus Tyr. Dissertat. XXIV. p. 477. τὸν δὲ Ἀρχιλόχου ἔρωτα (ὑβριςὴς γὰρ) χαίρειν ἐῶ. vid. etiam §. IV. not. l. Euseb. P. Ev. p. 228.

c) Aelian. l. c. et fragm. 51.

d) Athenae. L. XIV. p. 627. C. fragm. 52.

e) Aelian. l. c. Aristophan. Strabo. Sext. Empiricus. Plutarchus. vid. fragm. 51.

f) Plutarch. T. VI. p. 888. de Instit. Laconicis: Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐςιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα ἢ ἀποθανεῖν.

---

§. VII.

Quod vero ad virtutem poeticam Archilochi, ingenii vim elegantiamque et artem carminum attinet, ita eminuit, ut veteres eum maximi facerent, et summis laudibus ferrent. Eum Plato sapientissimum vocat,[a]) Cicero poetis principibus in suo genere adnumerat,[b]) et Longinus etiam praeter Homerum, Pindarum et Sophoclem, ut summi poetae exemplum, Archilochum proponit, impetum divini spiritus ei tribuit, et ὁμηρικώτατον esse censet,[d]) sicut et Sextus Empiricus eum praeter ceteros, ut ποιητικὸν, exempli causa adducit.[e]) Aristophanes Grammaticus iudicavit iambum Archilochi longissimum etiam esse optimum.[f]) Quinctilianus elocutioni eius et sententiis summam laudem tribuit.[g]) Hippodromus Rhetor Archilochum πνεῦμα σοφιςῶν, ut Homerum φωνὴν eorum dixit.[h]) Synesius autem τὸν κάλλιςον τῶν ποιητῶν vocare non dubitat.[i]) Maximum poetam aut certe summo proximum Valerius Maximus eum praedicat,[k]) et Velleius Paterculus Homerum et Archilochum tantum in suo gene-

re primos et perfectissimos esse scribit,[l]) cui adsentitur Dio Chrysostomus,[m]) adfirmans Homero et Archilocho nullum in omni aetate poetam posse comparari. Inter iambographos sane omni exceptione maior et longe princeps semper est habitus.[n]) Propter quam eius praestantiam dicitur in carmine Anthologiae Musa Archilochum in iambos misisse, ut Homero gratificaretur,[o]) timens nimirum, ne, si ad epos animum adiiceret, Homero ipsi palmam praeriperet, vel dubiam redderet. Quid? quod Dio Chrysostomus in eo etiam praestare putat Homero Archilochum,[p]) quod huius vitiorum censura et castigatio plus valeat ad mores emendandos, quam perpetua in Homero laus rerum et personarum.

---

a) Plato de republ. T. VI. L. II. p. 222. vide fragm. 60. v. 5. Sic etiam eum appellat Malalas in Chron. L. IV. vid. fragm. 121.

b) Cicero Orat. C. I. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poetis non Homero soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro; sed horum secundis vel etiam infra secundos.

c) Longinus XXXIII, 5. p. 186. postquam dixit, Apoll. Rhod. ἄπτωτον esse: Ἆρ' οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἐριγόνῃ (διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής; τί δ'; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς;

d) Idem XIII, 3. Μόνος Ἡρόδοτος ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον ὅ, τε Ἀρχίλοχος.

e) Sextus Emp. contra Mathemat. L. IX. p. 576. s. 110. Ἰδοὺ γὰρ, Ἀρχίλοχος ποιητικὸς ὢν, οὐκ ἔςι Σωκράτους τοῦ μὴ ποιητικοῦ κρείττων.

f) Cicero Ep. II. L. XVI. Quod vereris, ne ἀδόλεσχος mihi tu? quis minus? cui ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.

g) Quinct. Institut. Orat. L. X. c. 1. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiae esse, non ingenii vitium.

h) Philostrat. Vit. Sophist. p. 620. de Hippodromo: Ἐσπούδαζε δὲ καὶ ἀπὸ (l. περὶ) Ἀρχιλόχου, καλῶν τὸν μὲν Ὅμηρον φωνὴν σοφιςῶν, τὸν δὲ Ἀρχίλοχον, πνεῦμα.

i) Synesius in Encom. Calvit. p. 427. vid. fragm. 13.

k) Valer. Max. L. VI. C. 3. vid. §. XVII. c).

l) Vellei. Patercul. vid. in fronte huius operis.

m) Vide infra p).

n) Athenae. in hypothesi Δειπνοσοφις. Ἰάμβων δὲ ἦν ποιητὴς (ὁ Μένιος) οὐδενὸς δεύτερος τῶν μετ' Ἀρχίλοχον ποιητῶν. Proclus in Chrestomath. apud Phot. p. 522. Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ Ἀρχίλοχος ἄριςος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος ἤ, ὡς ἔνιοι, Σάμιος, καὶ Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος. ὧν μὲν ὁ πρῶτος ἐπὶ Γύγου, ὁ δὲ ὑπ' Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος, ὁ δ' Ἱππώναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμασεν.

o) Vid. Epigr. VI.

p) Dio Chrysost. Orat. Tarsica priori p. 396. D. Καὶ μὴν ὅσῳ τὸ λοιδορεῖν καὶ τὴν ἀβελτηρίαν τὴν ἑκάςου καὶ τὴν πονηρίαν φανερὰν ποιεῖν κρεῖττόν ἐςι τοῦ χαρίζεσθαι διὰ τῶν λόγων, καὶ τοῖς ἐγκωμίοις θρύπτειν τοὺς ἀκούοντας, οὐχ ἥκιςα ἐκεῖθεν εἴσεσθε. Δύο γὰρ ποιητῶν γεγονότων ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος, οἷς οὐδένα τῶν ἄλλων ξυμβαλεῖν ἄξιον, Ὁμήρου τε καὶ Ἀρχιλόχου, τούτων Ὅμηρος μὲν σχεδὸν πάντα ἐνεκωμίασε, καὶ θηρία καὶ φυτὰ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, καὶ ὅπλα καὶ ἵππους· καὶ οὐδέν ἐσθ' ὅτου μνησθεὶς χωρὶς ἐπαίνου τε καὶ τιμῆς, ὡς ἂν εἴποι τις, παρῆλθεν. Ἓν γοῦν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐβλασφήμησε, Θερσίτην, καὶ τοῦτον λιγὺν εἶναι φησὶν ἀγορητήν. Ἀρχίλοχος δ' ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἥκετο ψέγειν, ὁρῶν, οἶμαι, τούτου μᾶλλον δεομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πρῶτον αὐτὸν (l. αὑτὸν) ψέγειν. Τοιγαροῦν μόνος καὶ μετὰ τελευτὴν καὶ πρὶν ἢ

γενέσθαι τῆς μεγίστης ἔτυχε μαρτυρίας. Atque exposito deinde hoc testimonio, patri nimirum eius futuram filii gloriam ab oraculo praedictam et interfectorem eius templo eiectum esse (vide §. XVI.) sic pergit: ὥσθ' ὅλως λοιδορεῖν ἱκανὸς καὶ καθάπτεσθαι καὶ φανερὰ λόγῳ ποιεῖν τὰ ἁμαρτήματα, δῆλον ὅτι κρείττων ἐστὶ καὶ προκέκριται τῶν ἐπαινούντων.

§. VIII.

Quam ob rem etiam Archilochus magno in honore a veteribus habitus est. Diem eius festum, ut Homeri aliorumque virorum primi ordinis, celebrarunt;[a]) thema natalitium idem, quod Pindaro, ei tribuerunt;[b]) Parii etiam propter splendorem, quem per ingenii, poeseosque suae famam patriae intulit, singulares ei honores habuere.[c]) Ipsum quoque oraculum Delphicum futuram eius gloriam praedixit, eumque post mortem honorifico testimonio condecoravit,[d]) Musarum ministrum appellans.[e]) Hinc etiam studium Archilochi olim sane viguit. In summis viris eum veteres nominant,[f]) carmina eius ut Homeri aliorumque celeberrimorum poetarum canere,[g]) ea imitari,[h]) versus eius suis scriptis intexere,[i]) et commentariis illustrare solebant.[k])

---

a) Vid. Epigramma II. ex Anthol.

b) Iulius Firmic. L. VI. Astronom. p. 73. qui exposito themate genethliaco, lyricis poetis proprio, sic pergit: Haec genitura divinum lyrici carminis poetam reddit, qui choreas Libero, redimitus hedera, religiosi carminis moderatione (an modulatione?) componat. Talis genitura Pindaro et Archilocho dulcissimi carminis modos ingenii inspiratione largita est. (Figuram huius siderationis vid. ibid. 173.)

c) Aristides T. I. p. 85. Καὶ μὴν εἰ Ὅμηρον Σμυρναίοις παρασχέσθαι, καὶ Παρίοις Ἀρχίλοχον, καὶ Βοιωτοῖς Ἡσίο-

δον, καὶ Κίοις Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον, καὶ Μιτυληναίοις Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖον, καὶ ἑτέροις ἑτέρους τινὰς φέρει φιλοτιμίαν, (τὰς γὰρ Ἀθήνας ἐῶ τὰ νῦν) ἦπου καὶ ὑμᾶς μέγα φρονεῖν εἰκὸς ἐπὶ τῷ τούτους ἅπαντας κοσμήσαντι καὶ δείξαντι. Aristotel. Rhetoric. L. II. p. 43. Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον, καίπερ βλασφημήσαντα, τετιμήκασι.

d) Plutarch. in Num. T. I. p. 246. Ἀπέδωκε δέ τινα τιμὴν καὶ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἡσιόδῳ τελευτήσασι διὰ τὰς Μούσας τὸ δαιμόνιον.

e) Dio Chrysostom. Orat. XXXIII. p. 396, 97. (vid. supra §. VI. p). Τοιγαροῦν μόνος καὶ μετὰ τελευτὴν καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι τῆς μεγίςης ἔτυχε μαρτυρίας παρὰ τοῦ δαιμονίου. τὸν μέν γε ἀποκτείναντα αὐτὸν ὁ Ἀπόλλων ἐξελαύνων ἐκ τοῦ νεὼ Μουσῶν αὐτὸν ἀνεῖπε θεράποντα ἀνῃρηκέναι. καὶ τὸ δεύτερον, ὡς ἀπελογεῖτο, ἐν πολέμῳ λέγων ἀποκτεῖναι, πάλιν Μουσῶν θεράποντα ἔφη Ἀρχίλοχον. τῷ πατρὶ δὲ αὐτοῦ χρωμένῳ πρὸ τῆς γενέσεως, ἀθάνατόν οἱ παῖδα γενήσεσθαι.

f) Moschus Idyll. 3. sive Ἐπιταφ. Βίωνος, inter ceteros illustres poetas, quos populares eorum lugent, Hesiodum, Pindarum, Alcaeum, Simonidem, etiam Archilochum nominat v. 92. Σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος. Horat. Serm. L. II, 3, 11.

Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?

Cic. L. 1. de Nat. D. Nam quid est, quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, Pythagorae, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt.

g) Athenae. L. XIV. p. 620. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναι φησὶν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. — Κλέαρχος δ' ἐν τῷ προτέρῳ παραγραφῶν, τὰ Ἀρχιλόχου*), φησὶν, ὁ Σιμωνίδης ὁ Ζακύνθιος ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου καθήμενος ἐῤῥαψῴδει.

*) Legitur alias τὰ Ἀντιλόχου, sed Ἀρχιλόχου hic legendum esse facile patet, ut etiam Casaub. in Excerptis Athenaei scriptum reperit.

h) Plutarch. T. X. p. 660. Γλαῦκος γὰρ μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη.

Anacreontem imitatorem fuisse Archilochi patet ex fragm. II. De Aeschyli imitatione multi in his ipsis fragmentis loci occurrunt. vid. fragm. VI. not. Imitatores eius etiam Cratinus et Aristophanes. Prolegom. ad Aristophan. p. XI. ἐκ τῶν Πλατωνίου περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων. Κρατῖνος, ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητὴς, ἅτε δὴ κατὰ τὰς τοῦ Ἀρχιλόχου ζητήσεις αὐςηρὸς μὲν τοῖς λοιδορίαις ἐςίν. ubi ζηλώσεις vel potius κατὰ τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ζήλωσιν legendum esse censeo, utpote qui Archilochum imitans in comoediis ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων. De Aristophane Terentianus:

Aristophanis ingens est solertia,
Qui saepe metris multiformibus novis
Archilochum arte est aemulatus musica.

Horatius de se ipso L. I. Ep. 19, 23.

Parios ego primus iambos
Ostendi Latio numeros animosque secutus
Archilochi — —

Plutarch. de Catone T. IV. p. 372. Postquam Scipio Lepidam, cum qua sponsalia diremit, quamque sibi Cato despondit, omnia molitus, iterum duxit, Cato, qui eum iudicio persequi voluit, ab amicis retentus, eum iambis proscidit, in quibus Archilochum secutus est. Ὡς δ' οἱ φίλοι τοῦτ' ἐκώλυσαν, ὀργῇ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισε, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ ἀκόλαςον ἀφεὶς καὶ παιδαριῶδες.

i) Sic Aristophan. vid. fragm. 23. 51. 59. 60.

k) Clemens Alex. Strom. p. 326. citat Ἀρίςαρχον ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις Ὑπομνήμασιν. vide fragm. 23. Athenae. L. X. p. 451. Apollonium Rhodium ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου. Diogen. Laert. L. V. C. VI. p. 334. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς γέγραφε περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου.

§. IX.

Hanc eius laudem et admirationem auxit in primis ingenii eius ubertas et solertia, qua ad ornatum et perfectionem poeseos, quae olim cum musica coniuncta et ipsa musica dicta est,[a]) varia metrorum rhythmique genera invenit, ad quorum exemplum deinde alia alii poetae composuerunt,[b]) ut adeo Victorinus dicat, eum non modo innumerabiles metrorum species edidisse,[c]) e quibus multa adhuc ab eius nomine dicuntur Archilochia,[d]) sed eum etiam omnis musicae parentem appellare non dubitet.[e]) Inter inventa vero eius in re poetica sive metrica ab auctoribus memorantur:

1) Iambicum trimetrum acatalectum,[f]) dictum Archilochium,[g]) quod Victorinus scribit eum formasse ex dactylico detractione unius temporis.[h]) Verum ex Aristotele,[i]) et quibusdam antiquis grammaticis constat, eo iam Homerum in Margite usum esse, hexametris tamen immixtis.[k]) Dissidium hoc veterum scriptorum ita componendum videtur, ut teneamus, Archilochum vel iambum purum invenisse, cum antea variis pedibus, ut in Margite, compositus esset,[l]) et hinc iambum illum praecipue ab auctoribus Archilochium dici,[m]) vel etiam iambum continuum, id est, carmen iambicum sine intercalatione aliorum metrorum primum protulisse, quo ad insectanda vitia contra Lycamben usus est,[n]) vel certe primum fecisse iambum acerbiorem et pugnaciorem, ut veteres quidam indicare videntur,[o]) et nonnulli recentiorum contendunt.[p])

2) Iambicum trimetrum catalecticum, quod Victorinus miuron, Diomedes colobon vocat.[q]) Archilochium.[r])

3) Iambicum trimetrum acephalon,[s]) quod

ab Hephaestione etiam trochaicum trimetrum catalectum dicitur.[t]) Archilochium.[u])

4) Iambicum dimetrum acatalecticum,[v]) quo in Lycamben usus est.[x]) Archilochium.[y])

---

a) De significatione vocis Μουσικὴ vide accuratam disputationem Illustr. Bar. de Locella ad Xenoph. Ephes. p. 125.

b) Victorin. L. IV. p. 2588. Adeo fecundus varietate carminum et singularis artificii in excogitandis novis metris hic auctor est (Archilochus), ut et ceteris vatibus immutationis suae in componendis metris observantiam parem studiosa aemulatione praestiterit. Nam plerique sequentis aevi informationibus et quibusdam viis auctore Archilocho varias numerorum species et ipsi commenti posteris tradiderunt, unde innumerabilis incomprehensibilisque venit in manus copia.

c) Idem L. IV. p. 2588. Rursus haec eadem connectens per cola et commata inter se innumerabiles edidit species, quarum aliae per coniunctionem, aliae per iniectionem metrorum compositae, formataeque noscuntur.

d) Isidor. Orig. L. I. c. 38. Ab inventoribus metra vocata dicuntur, Anacreonticum, Sapphicum, Archilochicum; nam Anacreontica metra Anacreon, Sapphica Sappho mulier, Archilochicum Archilochus quidam invenit.

e) Victorin. L. IV. p. 2558. Archilochum ferunt, quem parentem artis musicae iuxta multiformem metrorum seriem diversamque progeniem omnis aetas canit, acceptum ab his, qui ante se inspexerant, summatimque tractaverant, dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per abiectiones, detractionesque vertisse.

f) Clemens Alex. p. 365. Ναὶ μὴν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, χωλὸν δὲ ἴαμβον Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος. Plutarch. T. X. p. 680. de Music. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιΐαν προσεξεῦρε.

g) Servius de metris p. 1818, 29. Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem fatigat prodigus vitae furor.

h) Victorin. L. IV. p. 2888. E quo (dactylico) primum iambicum metrum per detractionem unius temporis formavit, adaeque hexametrum, qui (versus) per dipodias trimeter efficitur.

Sed Censorinus sive auctor fragmenti de Musica in huius inventionis societatem Simonidem Amorginum, aequalem Archilochi, adsumit C. X. De quo Simonide etiam Suidas et ex eo Eudocia Viol. p. 383. Σιμωνίδης, Κρίνεω, Ἀμοργῖνος — ἔγραψεν ἰάμβους πρῶτος αὐτὸς κατὰ τινάς.

i) Aristotel. περὶ ποιητικ. C. IV. Ἀπὸ δὲ Ὁμήρου ἀρξαμένοις ἐςὶν (carmina in vituperationem aliorum composita), οἷον ἐκείνου ὁ Μαργείτης καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐν οἷς καὶ τὸ ἁρμόττον ἰαμβεῖον ἦλθε μέτρον. Atilius Fortunatian. in Arte p. 2692. Sequitur, ut de iambico dicere debeamus, cuius auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt; sed primus Homerus hoc usus est in Margite.

k) Hephaest. περὶ ποιήματος — οἷος ἐςὶν ὁ Μαργείτης ὁ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενος, ἐν ᾧ παρέσπαρται τοῖς ἔπεσιν ἰαμβικὰ καὶ ταῦτα οὐ κατ' ἴσον σύςημα. Etiam Victorin. L. III. p. 2572. scribit, Homerum in Margite pluribus hexametris heroicis versus trimetros iambicos tanquam pares numero copulasse. item p. 2524.

l) Victorin. L. III. l. c., ubi Archilochum ait trimetros iambicos, ab Homero duobus pluribusque hexametris subiectos, qui variorum pedum fuisse videntur (L. II. p. 2524.) interpolando postea composuisse; ut adeo Archilochus vel pedes metri vel consecutionem versuum interpolaverit, et ex iambico variis pedibus constante puriorem versum, aut ex carmine diverso metro constante carmen iambicum continuum effecerit.

m) Plotius p. 2640. Haec pura iambica trimetra, quae Archilochia nuncupantur, quod (fort. genus) solos iambos recipit et raros spondaeos. — item p. 2641. et 2643.

n) Victorin. L. III. p. 2572. vid. antea not. l).

o) Horat. in arte poet. Archilochum proprio rabies armavit iambo. et Ovid. in Ib. eum repertorem pugnacis iambi vocat. vid. §. V. not c).

p) Lilius Gyrald. de Historiā poetar. Graecorum p. 962. vide et Fabric. Biblioth. Graec. T. II. p. 108. et ibi not. Harlesii ttt).

q) Victorin. p. 2588. Item iambico trimetro suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidem miuron vocant, edidit, ut: Beatus ille qui procul negotiis; dehinc: Beatus ille qui procul quiescit.

r) Diomedes L. III. p. 507. Iambicus colobus Archilochius hic de vero iambico syllaba extrema detracta factus est.

s) Diomed. p. 510. Archilochus metra consecuit, ut iambico detraheret syllabam et faceret versum talem: Iupiter salutis arbiter meae. Terentian. de metris p. 2437.

Sed et trimetrus ut quadratus hic potest
Acephalos esse, prima quando demitur,
Fierique primus pes ut isthic creticus.
— — — — — — —
Archilochus idem usus est tali metro.

t) Hephaestio. vid. fragm. 86.

u) Servius p. 1819. Archilochium constat trimetro catalectico, ut est hoc: Nox amoris et quietis conscia.

v) Victorin. L. IV. p. 2588. Iamque trimetro detracta parte tertia, id est, dipodia, (Archiloch.) dimetrum iambicum edidit. item L. III. p. 2585.

x) Idem L. III. p. 2585. Quo dimetro (iambico) etiam Archilochus carmen composuit in Lycamben et filias.

y) Servius L. II. p. 1818. Archilochium constat dimetro acatalecto, ut est: Serena lux micat polo. Item Plotius p. 2647.

---

§. X.

5) Dimetrum trochaicum brachycatalectum, quod alias Ithyphallicum, a Victorino Phalaecium dicitur. [a])

6) Trimetrum trochaicum.[b])

7) Tetrametrum trochaicum.[c]) Archilochium.[d])

8) Dactylicum penthemimeres, sive trimetrum dactylicum catalecticum.[e]) Archilochium.[f])

9) Trimetrum dactylicum hypercatalecticum.[g])

10) Tetrametrum dactylicum. Archilochium.[h])

11) Pentametrum.[i])

12) Monometrum hypercatalecticum anapaesticum, quod Servius choricum vocat.[k])

13) Anapaesticum dimetrum catalecticum, paroemiacum dictum.[l])

14) Choriambicum dimetrum. Archilochium.[m])

15) Etiam Alcaicum metrum Diomedes ei tribuit, idque Archilochium vocat.[n])

---

a) Hephaest. p. 16. de vers. trochaic. Ἐςι δὲ ἐν αὐτῷ ἐπίσημον καὶ τὸ δίμετρον βραχυκαταληκτικὸν, τὸ καλούμενον Ἰθυφαλλικὸν, ᾧ πρῶτος μὲν Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο. item Diomed. p. 511. et Victorin. p. 2588. Similiter trochaico tribus revulsis pedibus metrum phalaecium (Archilochus) protulit: sic tollor in montes vagus entheus repente; dehinc: entheus repente.

b) Idem ac trimetrum iambicum acephalum. vid. §. VIII. s) t).

c) Plutarch. T. X. p. 680. de Music. illi tetrametrorum inventionem generatim tribuit: πρώτῳ δὲ αὐτῷ — καὶ τὰ τετράμετρα ἀποδέδοται. Ruffinus p. 2709. De iambo, trochaicum Archilochium unde fieri dicunt metrum: Creticon Archilochus supra caput addit iambi.

d) Servius p. 1819. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc: Tolle thyrsos, aera pulsans; iam Lyaeus advenit.

e) Hephaest. p. 70, 22. vide fragm. 64. unde Schol. Aristophan. Nub. v. 274. Diomedes p. 514. Dimetrum quoque, quod ex superiori parte hexametri Archilochus una syllaba auxit et fecit tale: Vult tibi Timocles (l. Timoclees). hoc tale est, quale est in Horatio: arboribusque comae.

f) Plotius p. 2640. Archilochium penthemimericum simplex hypercatalectum monoschematistum est; constat enim semper duobus dactylis, et una syllaba: Ἐν δὲ Βατουσιάδης. item Servius p. 1820.

g) Diomed. L. III. p. 514. Trimeter Herous ex superiori iambico fit, ut diximus, sed hoc Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale: Omnipotente parente meo.

h) Hephaest. p. 21, 22. de metro dactyl. Καὶ τὸ τετράμετρον εἰς δισσύλλαβον καταληκτικὸν, ᾧ πρῶτος ἐχρήσατο Ἀρχίλοχος ἐν ἐπῳδοῖς. unde Scholiast. Aristoph. Nub. 274. qui addit, id Ἀρχιλόχειον vocari. Servius p. 1820. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc: Arent solstitio sola terrae. Item Victorin. L. III. p. 2563, 64, 65, et 2588.

i) De inventore pentametri iam apud veteres controversia fuit teste Horatio in Arte poet.: Quis tamen exiguos elegos etc. Alium alii auctores tradunt, Midam Phrygem, Theoclem Naxium (Suid. v. ἔλεγος et ἐλεγαίνειν), Callinum (Terentian. Schol. Nicandri. Victorin. p. 2555.), Mimnermum (Hermesianax in Eleg. apud Athenaeum. Plotius T. II. p. 2636. Orion Theban. in Callimacho Ernesti T. I. fragm. p. 439.), Colophonium quendam, forte hunc ipsum Mimnermum intelligentes, (Victorin. p. 2555. Isidor. L. I. C. 38.), immo et Pythagoram et Ortygem nescio quem (Plotius p. 2636. T. II.). Multorum tamen testimoniis Archilocho eius inventio tribuitur.*) Atque hinc etiam pentameter ille, qui duabus divisionibus penthemimericis constat, ut Plotius p. 2636. item 2640. asserit, Archilochius dicitur.

k) Diomed. p. 515. Dimetrum est et illud, quod ex inferiori parte hexametri Archilochus auxit praeposita una syllaba, immo duabus, quae pro una sunt, et semipedem faciunt, et est tale: nova munera divum.

*) Plutarch. T. X. p. 620. de Musica. vide §. XIII. in fine. Diomed. L. III. p. 502. Victorinus p. 2588. Duobus pedibus et semipede versus heroi, quae penthemimeres tome dicitur, divulsis, rursusque inter se copulatis (Archilochus) pentametrum elegiacum figuravit. item 2555. Inter inventores eius eum etiam nominant Orion Thebanus loco cit. et Isidorus L. I. C. 38.

l) Hephaest. p. 27. vid. fragm. 47. in not. Paroemiacum vero vocatum esse ait p. 26. διὰ τὸ παροιμίας τινὰς ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ εἶναι.

m) Diomed. p. 509. de Choriamb. Archilochium de proximo superiori recisum: Lydia dic per omnes. — Servius autem hoc metrum Aristophanium vocat, quod constat choriambo et amphibrachi vel Bacchio.

n) Idem p. 510. Archilochium aliud est in Horatio tale: Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

---

§. XI.

Praeterea Archilochus, diversorum metrorum commata et cola varie coniungendo, minuendo vel augendo,[a]) multa versuum genera, quae σύνθετα vel ἀσύνθετα vel ἀσυνάρτητα vocant,[b]) protulit, quorum praecipua haec ab auctoribus memorantur:

16) Ex iambica basi et choriambo.[c])

17) Ex iambico dimetro acatalecto et ithyphallico.[d])

18) Ex iambico dimetro acatalecto, et trochaico dimetro catalecto sive trochaico hephthemimeri.[e])

19) Ex iambico dimetro acatalectico et penthemimeri dactylico. Archilochium.[f])

20) Ex trochaico dimetro acatalectico et iambico dimetro.[g])

21) Ex tetrametro dactylico et Ithyphallico, quod Victorinus hexametrum heroicum περιττοσυλλαβὲς, et Plutarchus ἡρῷον αὐξανόμενον vocat. Archilochium.[h])

22) Ex dactylico penthemimeri, et iambico dimetro acatalectico,[i]) quod Plotius encomiologicum Archilochium vocat.

23) Ex anapaestica hephthemimeri et Ithyphallico.[k])

24) Ex anapaestico dimetro et iambico dimetro acatalectico. [l])

25) Ex anapaestica dipodia, et Ithyphallico sive phalaecio. [m])

26) Versus Saturnini vel Saturnii, quorum exempla propriae Archilocho dimensionis grammaticus adfert. [n])

---

a) Censorin. de Musica C. IX. Victorin. L. IV. p. 2588. Dehinc ab his duobus (hexametro et iambico trimetro) exorsus (Archilochus) multa metrorum genera variaque produxit, mutata per translationem aut in utroque longa syllaba. Rursus per incisionem singulorum atque coniunctionem pleraque metrorum genera commentus est. et sic porro.

b) Hephaest. p. 48. *Γίνεται δὲ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα, μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι, μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν, ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνωνται ϛίχου. πρῶτος μὲν τούτοις Ἀρχίλοχος κέχρηται.* Victorin. L. III. p. 2565. Idem (Archilochus) etiam iungendo inter se diversa, nova metra composuit, quae Graeci *σύνθετα* et *ἀσύνθετα* appellant; *σύνθετα*, quae sunt eiusdem generis, *ἀσύνθετα*, quae ex diverso copulantur.

c) Victorinus p. 2588. cuius exemplum adfert: Novum melos Lydia dic.

d) Idem p. 2550. ex. gr. Iubar superne fulgida lucet arce coeli.

e) Hephaestio. vide fragm. 70. Victorin. p. 2550. ex. gr. Beatus ille qui vagans mente vivit integra.

f) Diomed. L. III. p. 515. Servius p. 1826. vocat Archilochium, hoc exemplo addito: Indi Lyaeo dediti tympana iam quatiunt.

g) Victorin. p. 2551. cuius exemplum adfert: Caeruli monarcha ponti ratisque rector. Verum apparet, vel vocem deesse in parte iambica; nam ratisque rector est tantum monometrum iambicum hypercatalecticum; vel in textu legendum esse monometro.

h) Vid. Hephaest. fragm. 75. Victorinus L. III. p. 2562. Idem Archilochus penultimis heroi hexametri partibus adiecta syllaba huiusmodi versum induxit, qui metro phalaecio id est trochaeis ultimis clauditur, ut est: At tuba terribilem sonitum dedit aere canoro: adiecto enim ante ultimos pedes sed syllaba fiet: aere sed canoro; quod est metrum phalaecium. Iuncto omni fiet versus huiusmodi: At tuba terribilem sonitum dedit aere sed canoro. Quod quidam hexametrum heroicum περιττοσυλλαβὲς dixerunt. vid. etiam p. 2550. 2588. item Plutarch. T. X. p. 680. de Musica, et infra §. XIV, 6. Archilochium vocat hoc metrum Servius p. 1825. Diomed. p. 510. Plotius p. 2663. Huius metri etiam meminit et auctoris eius Atilius Fortunatianus p. 2682. 2701.

i) Hephaest. vid. fragm. 77. Servius p. 1826. Archilochium constat penthemimeri dactylico et dimetro iambico acatalecto, ut est hoc: Sidera cuncta micant decore lucis aureo. item Diomed. p. 510. Plotius p. 2662. Atil. Fortunatianus p. 2684.

k) Hephaest. p. 27. et 48. vid. fragm. 47. et 85. Servius p. 1825. Archilochium constat partheniaco (l. paroemiaco) et Ithyphallico, ut est hoc: Remeavit ab arce tyrannus vultibus cruentis. item Diomed. p. 514.

l) Victorin. p. 1550. ex. gr. Age nunc comites rabidae Cybeles vocant choros ad aras. et p. 1588.

m) Idem ibidem, cuius exemplum: Age nunc comites, ferte sacra Baccho.

n) Atil. Fortunatianus in Arte p. 2650 et 80. de versu Saturnino: Apud Archilochum (inveni tale genus):

Quem non rationis egentem, — et:
Consulto producit eum, quo sit impudentior.

Grammatici versum Saturninum alias iambico dimetro catalectico et Ithyphallico constare docent, cuius hoc exemplum adferunt: Malum dabunt Metelli Naevio poetae. Cf. Casaubon. de Poesi satyric. p. 177. et ibi Rambachii not. C. in primis cl. Hermannum de Metris L. III. §. IX. p. 400 et sequent.

§. XII.

Ad inventa Archilochi etiam epodi[a]) referuntur, sive illa carminis lyrici forma, in qua versui longiori subiicitur brevior eiusdem vel alius generis,[b]) qui et ipse epodos dicitur,[c]) ab ἐπᾴδειν, quia priori accinitur et sensum eius finit. Nomen translatum est ab illo carmine lyrico, quo antiqui laudes Deorum circa aram euntes redeuntesque canere solebant, quod strophe, antistrophe et epodo compositum fuit, et cuius strophe et antistrophe iisdem metris, epodos dissimilibus constabat. Hinc sumtum vocabulum, inquit Victorinus, in epodos binis versibus imparibus constantes, nam sicut ibi canticum epodus finiebat, ita hic versum sensu insequenti concludit. Hoc Archilochi inventum spectare videtur Plutarchus, dum illi tribuit τὴν εἰς τοὺς οὐχ' ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔνςασιν,[d]) vel, ut Burette legit, ἔντασιν,[e]) i. e. talem metrorum compositionem, quae in rhythmum a priori diversum vel imparem transit. Hoc autem fit non modo in metris ἀσυναρτήτοις, ubi cola diversi generis per antipathiam copulantur, sed etiam in epodis, ubi disparitas pedum inter duos versus in rhythmi ductu et decursu varietatem efficit.

---

a) Victorin. p. 2551. (Archilochus) primus epodos excitavit alios breviores, alios longiores, detrahens unum pedem seu colon metro, ut illi subiiceret id, quod ex primo detractum esse videbatur, ut in heroo, a quo primum coepit, tanquam: Diffugere nives, redeunt iam gramina campis; dehinc epodos sui generis: Arboribusque comae. Item Atil. Fortunatian. p. 2682.

b) Hephaestio p. 70. Εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀῤῥηνικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπῳδοὶ, ὅταν μεγάλῳ ςίχῳ περιττόν τι ἐπιφέρηται. Diomed. L. III. C. 1.

c) Victorin. p. 1552. Terentian. p. 2422. Praemisso hexametro dulcem subnectit epodon. Quinct. L. X. c. 1. Diomed. L. III. c. 1.

d) Plutarch. T. X. p. 680. de Musica. vide infra §. XIV. in fine.

e) Sic enim habent tria Ms. regia. — Ἐντείνειν autem de componendis versibus usurpari notum est. Plato in Phaedon. de Socrate, qui Aesopi quasdam fabulas in versus redegit, p. 136. Ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους.

---

§. XIII.

Plutarchus praeterea Archilochi inventis poeticis, musicisve adnumerat:

1) Τὴν παρακαταλογήν.[a]) Quid vero haec παρακαταλογή sit in re musica vel metrica, non satis constat, cum haec vox, nisi in hoc loco, et apud Aristotel. Problem. V. sect. 19.[b]) nullibi adhibita vel usitata alias vel a Grammatico explicata occurrat. Burette[c]) ex loco Aristotelis et interpretatione Gazae colligit, hanc vocem significare, ut ipsius verbis utar, un desordre dans l'arrangement des sons et dans le rhythme, d'où resultoit une modulation inegale, scabreuse, heteroclite, et par-là d'autant plus propre au tragique, au pathetique, comme le dit Aristote. Atque hinc concludit, τὴν παρακαταλογὴν Archilochi quoque carminibus, quibus affectu vehementiore commotus in alios invehebatur, tanto magis fuisse accommodatam. Verum haec Buretti explicatio vel coniectura ipsa cum dubia tum obscura est. Nam in quo ille perturbatus sonorum rhythmique ordo et consequentia consistat, aut quomodo inaequalis, scabra, et heteroclita modulatio ex perturbata sonorum

rhythmique consecutione enata, dum animum movet, simul placere possit, non video. An forte per παρακαταλογὴν illa mutatio et varietas intelligenda sit in re musica, qua cantus ex uno genere ad aliud, vel ex hoc modo ad illum transit, mutato simul rhythmi genere, quibus mutationum generibus veteres in movendis animis tantum efficaciae tribuebant?[d]) ut adeo Archilochus primus instituerit neque eodem genere nec modo, nec eadem rhythmi consecutione et motu uti, sed transierit in alia, eaque miscuerit; id quod deinde propter vehementiorem in animis affectum etiam tragico et pathetico praecipue aptum videbatur. Verum et haec Plutarchus potius Sacadae,[e]) tum etiam Sapphoni[f]) tribuit, quam scribit mixtum quoddam genus invenisse in primis patheticum, quod deinde tragici adsumserunt. Res igitur in incerto est, et doctioribus diiudicanda relinquitur.

2) Τὴν παρὰ ταῦτα κροῦσιν.[g]) Archilochus nimirum non modo varia rhythmi metrorumve genera excogitavit et protulit: sed etiam primus ostendit, quomodo, dum ea canebantur, iis convenienter lyra pulsanda esset.

---

a) Plutarch. T. X. p. 680. de Music. vid. §. XIV. a. c).

b) Aristotelis verba sunt: διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλὲς καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης· τὸ δὲ ὁμαλὲς ἔλαττον γοῶδες. Gaza vertit varietatem et mutationem.

c) Burette T. X. Comment. Acad. Inscript. Paris. p. 112. et seq.

d) Burney in tractatu de Music. Veter. Sect. IV.

e) Plutarch. l. c. p. 688.

f) Idem l. c. p. 666.

g) Idem p. 680.

§. XIV.

Alia Archilochi inventa, quae Plutarchus ei adscribit, sunt:

3) Τὸ προκριτικόν. Sic omnes libri et MS., quem in R. Caes. bibliotheca consului, No. CLXXVI. Verum cum rhythmus sive μέτρον προκριτικὸν a nullo auctorum, qui de re metrica vel musica scripserunt, memoretur: Burette, omisso πρὸ, legendum esse censet κρητικὸν, cuius rhythmi apud auctores passim fit mentio,[a]) quemque Aristides Quinctilianus ad mixtum genus refert; Hephaestio vero metrum creticum genere paeonico comprehendit.[b]) In hunc rhythmum creticum Archilochum ab heroico aucto transiisse docet Plutarchus,[c]) qui tamen a Glauco traditum esse memorat, rhythmum creticum a Thaleta Cretensi in melopoeiam primum illatum esse.[d])

4) Τὸ προσοδιακόν, sic dictum a prosodiis sive hymnis in deorum festa compositis.[e]) Haec prosodia Apollini simul et Dianae cani esse solita Pollux tradit.[f]) De rhythmo prosodiaco agit Aristid. Quinctil. L. I. p. 38.[g])

5) Ἡ τοῦ πρώτου (τοῦ κρητικοῦ) αὔξησις. Si lectio κρητικὸν loco προκριτικὸν supra recte habet, Archilochus rhythmum sive metrum creticum a se inventum pluribus deinde pedibus auxit. Sunt enim versus in hoc genere diversae mensurae, dimetri, trimetri, tetrametri, pentametri; immo Aristophanem etiam hexametros scripsisse tradit M. Victorinus.

---

a) Aristophan. Vesp. 1266. Ecclesiaz. v. 1157. Hephaest. p. 42. Suidas v. Κρητικός.

b) Hephaest. l. c.

c) T. X. p. 630. vide §. XV. a. c).

d) T. X. p. 660. de Music. vid. §. III. e).

e) Suidas v. Προσόδια.

f) L. I. C. I. s. 38. Sed etiam in Mercurium. Aristophan. Εἰρήν.

g) Hunc locum interpretatur Martian. Capella p. 224 sic: Fiunt autem numeri, qui et prosodiaci (f. dicuntur), quorum alii per ternos pedes fiunt, pyrrhichio, iambo et trochaeo; alii vero quatuor, ut his tribus pedibus iambus primus aptetur; alii vero ex duabus syzygiis, id est, copulis, Bacchio et Ionio ἀπὸ μείζονος constare consueverunt.

---

§. XV.

6) Ἡ τοῦ ἰαμβείου πρὸς τὸν ἐπίβατον παίωνα ἔνστασις, καὶ ἡ τοῦ ηὐξημένου ἡρώου εἴς τε τὸν προσοδιακὸν καὶ τὸν κρητικόν.[a]) Plutarchus, ut Buretto videtur,[b]) loquitur hic de traductione rhythmi aut metri in aliud genus, ut in epodis fit, et utitur exemplis eius rei, quam antea τὴν ἔνστασιν εἰς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς dixit, dum ab iambico ad paeonicum, ab heroo aucto (vid. §. X. not. h) ad prosodiacum et creticum transitur. Paeona epibaton Arist. Quinctil. L. I p. 38 explicat.

7) Ἔτι δὲ τῶν ἰαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δὲ ᾄδεσθαι. Archilochus itaque instituit etiam primus, ut iambi ad cantum lyrae partim recitarentur tantum, partim canerentur. Quam inventionem, qua nuda recitatio cum cantu instrumentorum coniungitur, in melodramate recentiorum, ut vocant, instauratam esse videmus.[c])

---

a) Locus Plutarchi, quo has aliasque inventiones supra memoratas Archilocho adscribit, in tractatu de Musica T. X. p. 680. sic habet: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιΐαν προσεξεῦρε, καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔνστασιν

(f. ἔντασιν) καὶ τὴν παρακαταλογὴν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν. Πρώτῳ δὲ αὐτῷ τά τε ἐπῳδὰ, καὶ τὰ τετράμετρα, καὶ τὸ προκριτικὸν (f. κρητικὸν), καὶ τὸ προσοδιακὸν ἀποδέδοται, καὶ ἡ τοῦ πρώτου αὔξησις. ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλεγεῖον. πρὸς δὲ τούτοις ἥ τε τοῦ ἰαμβείου πρὸς τὸν ἐπίβατον παίωνα ἔνςασις (f. ἔντασις) καὶ ἡ τοῦ ηὐξομένου ἡρώου εἴς τε τὸν προσοδιακὸν καὶ τὸν κρητικόν. ἔτι δὲ τῶν ἰαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δὲ ᾄδεσθαι Ἀρχίλοχον φασὶ καταδεῖξαι, εἶθ' οὕτω χρήσασθαι τοὺς τραγικούς.

b) Burette Comment. Academ. Inscript. Parisiens. p. 112 et seq.

c) Burette l. c. et Forkel in Histor. M. Vol. I. p. 287.

---

§. XVI.

Verum dum veteres Archilochi ingenium carminumque vim et elegantiam, eiusque solertiam summopere laudant et admirantur, non dissimulant tamen, eum tanto spiritu dignum argumentum non elegisse,[a]) poetamque graviter taxant,[b]) quod eius carmina tum nimium acerbitatis virus habent, tum etiam quod leges verecundiae parum servarunt,[c]) ut adeo hae quasi maculae pulcherrimis eius operibus inhaerescerent.[d]) Quare Quinctilianus iudicat,[e]) si quoquam minor est, materiae, non ingenii esse vitium. Hanc eius maledicentiam et inverecundiam ex multis veterum locis, qui eum reprehendunt, cognoscere licet,[f]) quamvis illam Dio Chrysost. excusare videatur,[g]) hanc vero Quinctilianus in iambographis et veteris comoediae scriptoribus etiam laudari scribat.[h]) Virulentiam eius satis ostendit desperatio Lycambae eiusque filiarum,[i]) ob eamque causam Sextus Empir. Archilochum et Hipponactem ἀλείπτας τῶν ὀργίλων[k]) et Eustathius τὸν σκορπιώδη Ἀρχίλοχον vocat.[l]) Ab eius maledicentia etiam proverbia quaedam in maledicos sumta,[m]) et comoediae eius nomine, in quibus conviciatores videntur inducti esse, a Cratino et ab Alexide inscriptae

sunt,[n]) sicut et Gorgias Platonem, cum dicto ab eo lacesseretur, νέον Ἀρχίλοχον appellavit.[o]) Nomina quorumdam, quos iambis suis petivit, in fragmentis occurrunt;[p]) sed cum saevo hoc animo vivos improbosque insectaretur, a viris probis tamen et illustribus abstinuit,[q]) mortuisque conviciari nefas putavit.[r])

---

a) Plutarch. T. VI. p. 163. Μέμψαιτο δ' ἂν τις μὲν τὴν Ἀρχιλόχου ὑπόθεσιν, Παρμενίδου τὴν ςιχοποιΐαν, Φωκυλίδου δὲ τὴν εὐτέλειαν κ. τ. λ. vid. et not. c).

b) Idem T. I. p. 589. Ἡ δ' αὐτουργία τῶν ταπεινῶν τῆς εἰς τὰ καλὰ ῥαθυμίας μάρτυρα τὸ ἐν τοῖς ἀχρήςοις πόνον παρέχεται καθ' αὑτῆς. Καὶ οὐδεὶς εὐφυὴς νέος — γενέσθαι ἐπεθύμησεν — οὐδ' Ἀνακρέων ἢ Φιλήμων ἢ Ἀρχίλοχος ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν. Οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἰ τέρπει τὸ χάριεν, ἄξιον σπουδῆς εἶναι καὶ τὸν εἰργασμένον.

c) Origen. contr. Cels. L. III. c. 25. p. 462. A. B. de oraculo Pythio loquens: Ἀλλὰ καὶ Μουσῶν θεράποντα εἰπὼν τὸν Ἀρχίλοχον ἄνδρα ἐν κακίςῃ καὶ ἀσελγεςάτῃ ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν, καὶ ἦθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραςήσαντα, ὅσον ἐπὶ τῷ θεράποντα εἶναι Μουσῶν, νομιζομένων εἶναι θεῶν, εὐσεβῆ τινὰ ἀνηγόρευσεν· οὐκ οἶδα δὲ, εἰ καὶ ὁ τυχὼν τὸν εὐσεβῆ φήσει μὴ πάσῃ κεκοσμῆσθαι μετριότητι καὶ ἀρετῇ, καὶ κόσμιος τοιαῦτα λέγοι ἂν, ὁποῖα περιέχουσιν οἱ μὴ σεμνοὶ τοῦ Ἀρχιλόχου ἴαμβοι.

d) Suidas v. Ἀρχίλοχος vocat eum ποιητὴν γενναῖον τἄλλα, εἴ τις αὐτοῦ τὸ αἰσχροπρεπὲς καὶ τὸ κακόῤῥημον ἀφέλοι.

e) Quinctil. L. X. c. 1. vid. §. VII. not. g).

f) Dio Chrysostom. Orat. 2. p. 18. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ποιήματα ἔγωγε ἡγοῦμαι τὰ μὲν συμποτικὰ αὐτῶν, τὰ δὲ ἐρωτικὰ, τὰ δὲ ἐγκώμια ἀθλητῶν τε καὶ ἵππων νικώντων, τὰ δ' ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι θρήνους, τὰ δὲ γέλωτος ἕνεκεν ἢ λοιδορίας πεποιημένα· ὥσπερ τὰ τῶν κωμῳδοδιδασκάλων καὶ τὰ τοῦ Παρίου ποιητοῦ. Proclus in Hesiod. p. 40. v. ἐν δὲ δίκην βλάψας. — κάλλιςα τὸ φιλόσοφον ἦθος, οἷόν ἐςιν, εἶπεν διὰ τούτων ὁ Πλούταρχος δηλοῦσθαι· τὸν μὲν Ἀρχίλοχον καὶ τὸν Ἱππώνακτα βλασφημίας συγγράψαι κατὰ τῶν λυπησάντων — ἀλλὰ τὸν ὄντως μουσικὸν Ἡσίοδον

μηδὲν τοιοῦτο παθεῖν κ. τ. λ. Schol. Aphthonii p. XVIII. ὅθεν καὶ πολλοὺς ὁρῶ μὲν πρὸς ἔπαινον δεξιοὺς, οὐ μὴν καὶ πρὸς ψόγον, ὡς Ὅμηρον καὶ Πίνδαρον· ἑτέρους δὲ τοὐναντίον, ὡς τὸν Ἀρχίλοχον. Vid. etiam supra §. V. a. item §. I. m. et epigramm. Anthol.

g) Dio Chrysost. Orat. 33. p. 396. vid. §. VII. p.

h) Quinct. Institut. Orat. L. X. c. 1.

i) Vide §. V. g. i. k. m.

k) Sextus Emp. contra Mathem. L. I. p. 282. Οἱ δὲ ὀργίλοι Ἱππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας.

l) Eustathius T. II. p. 88. vide fragm. 120.

m) Suidas v. Ἀρχίλοχος — Ἀρχίλοχον πατεῖς, ἐπὶ τῶν κακηγόρων καὶ λοιδόρων. Eustath. T. III. p. 1684. de Archilocho: ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ δεινὸς ὑβρίζειν· ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν οὕτω σκώπτειν εὐφυῶν, τὸν Ἀρχίλοχον πεπάτηκας· ὡς εἴ τις εἴποι σκόρπιον ἢ ὄφιν ἢ κακὴν ἄκανθαν. Item Diogenian. C. III, 95. ubi pro πατεῖς male legitur πάτρις, et Apostol. Cent. IV, 52. Adde Erasm. Chil. II. Cent. II, 58. et Chil. III. C. X, 90. Ad proverbiales locutiones etiam referendum est illud Aristidis T. II. p. 307. Ἀρχιλόχου πίθηκοι, sive de conviciatoribus intelligas Archilochum imitantibus, sive fabula Archilochi respiciatur de simio et vulpe in epodis narrata. vid. fragm. 60. Hinc edicta Archilochia apud Ciceron. L. II. epist. ad Attic. 21. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, prae multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolore. Et L. II. epistol. 20. ibidem: Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV calendas Novembr. distulit. vid. Erasm. Chil. II. Cent. II, 57. Plutarchus vero de his edictis in Pompei. p. 644. Βίβλος μὲν εἰς τὴν οἰκίαν κατακλεισάμενος ὀκτὼ μηνῶν οὐ προῆλθεν ὑπατεύων, ἀλλ' ἐξέπεμψεν διαγράμματα βλασφημίας ἀμφοῖν ἔχοντα καὶ κατηγορίας. De Bibulo vid. etiam Sueton. in Iul. Caes. C. 20 et 49.

n) Athenae. L. IV. p. 644. B. C. citat Alexidis fabulam Ἀρχίλοχος inscriptam. De fabula Cratini Ἀρχίλοχοι, quam

plures auctores memorant, vide Biblioth. Graec. Fabricii ex edit. Cl. Harlesii T. II. p. 431.

o) Athenae. L. XI. p. 505. D. E. Ἕρμιππος δὲ ἐν τῷ περὶ Γοργίου, ὡς ἐπεδήμησε, φησὶ, ταῖς Ἀθήναις ὁ Γοργίας, μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος, εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος, ὅτε ἴδεν αὐτόν· ἥκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας· ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν.

p) Vid. loc. sequentem.

q) Aristid. T. II. p. 293. Οὐ τοίνυν οὐδὲ Ἀρχίλοχος περὶ τὰς βλασφημίας οὕτω διατρίβων τοὺς ἀρίστους (τῶν) Ἑλλήνων καὶ ἐνδοξοτάτους ἔλεγε κακῶς· ἀλλὰ Λυκάμβην καὶ Χειδὸν (an Χαρίλαν?) καὶ τὸν δεῖνα τὸν μάντιν καὶ τὸν Περικλέα τὸν κατ' αὐτὸν, οὐ τὸν πάνυ, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους ἔλεγε κακῶς.

r) Vide fragm. 40.

---

§. XVII.

Pari ratione etiam inverecundia carminum Archilochi a pluribus auctoribus notatur.[a]) Ea de causa Iulianus eum et Hipponactem sacerdoti legi vetat,[b]) et Lacedaemonii, ut Valer. Max. refert,[c]) eius quoque carmina exilio multarunt. Morose tamen magis quam vere pronunciavit Heraclitus duobus summis poetis infensus, Homero et Archilocho, e loco certaminum eos fuste abigendos esse. Haec eius maledicentia et inverecundia forte quoque in causa fuit, ut, cum aliqua saltem opera reliquorum principum in suo genere poetarum, Homeri, Pindari et Sophoclis, vetustatem perferrent, carmina Archilochi propter haec ipsa piacula, postquam melior vitae morumque doctrina effulsit, negligerentur, tandemque interirent, ita ut vix adhuc post seculum sextum exstitisse videantur. Servata tamen propter praestantiam eorum plurima sunt fragmenta in scriptis diversorum auctorum, in quibus sane praeter

unum alterumve verbum aut locum nihil invenias, quod verecundas aures offendere possit, sed plurima potius eleganter, poetice, prudenter et magna cum vi et emphasi enunciata.

---

a) Plutarch. de Curios. T. VIII. p. 64. Φέρε γάρ, εἴ τις ἐπιὼν τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν ἐκλαμβάνοι τὰ κάκιςα τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον ἔχοι συντεταγμένον, οἷον — τῶν ὑπ' Ἀρχιλόχου πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀκολάςως εἰρημένων, ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος, ἆρ' οὐκ ἔςι τῆς τραγικῆς κατάρας ἄξιος; Ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς. Clemens Alexand. p. 326. Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη, τὴν τῶν σπουδαίων ἀποδοκιμάζοντα γραφὴν, τοὺς μὴ τοιούτους ἀποδέχεσθαι συντάττοντας. Ἀλλ' ἄρα — Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ αἰσχρῶς· οὕτω ἐπιτρεπτέον γράφειν, τὸν δὲ τὴν ἀλήθειαν κηρύσσοντα κωλυτέον τοῖς ὕςερον ὠφέλειαν ἀπολιπεῖν. Vide etiam §. XV. c. Origen. contra Celsum. Euseb. Praeparat. Evang. p. 229. Φέρε δὲ τούτοις προσθῶμεν καὶ δι' ὧν αὖθις ὁ Ἀπόλλων θαυμάζει τὸν Ἀρχίλοχον, ἄνδρα παντοίαις κατὰ γυναικῶν αἰσχρoῤῥημοσύναις καὶ ἀῤῥητολογίαις, ἃς οὐδ' ἀκοῦσαί τις σώφρων ἀνὴρ ὑπομείνειεν, ἐν τοῖς οἰκείοις ποιήμασι κεχρημένον. Hinc etiam Athenaeus, dum de cantionibus agit, quae amatorios turpesve affectus exprimunt, iis etiam Archilochi carmina adnumerat L. XIV. p. 639. A. Ἔτι δὲ (pro ἐν δὲ Casaub.) τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὁμήρου Ἐπικιχλιδῶν τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τούτων ἔχεταί τινος τῶν παθῶν κ. τ. λ.

b) Iulian. in fragm. p. 300. C. Ἐξελατέα τοίνυν ἐςὶν ἡμῖν πάντα τὰ ἐπαχθῆ σκώμματα, πᾶσα δὲ ἀσελγὴς ὁμιλία. καὶ ὅπως εἰδέναι ἔχῃς, ὃ βούλομαι φράζειν, ἱερώνυμός τις μήτε Ἀρχίλοχον ἀναγιγνωσκέτω, μήτε Ἱππώνακτα, μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τοιαῦτα γραφόντων.

c) Valer. Max. L. V. c. 3. Lacedaemonii libros Archilochi e civitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodesset. Itaque maximum poetam aut certe summo proximum, quia domum sibi invisam maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.

d) Diogen. Laert. L. IX. c. 1. in Heraclit. Τόν τε Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον εἶναι ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι, καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως.

§. XVIII.

Archilochus in bello occubuit,[a]) quod cum Naxiis gestum esse videtur.[b]) Sed in quod tempus mors eius inciderit, certo definiri non potest. Pone autem, Archilochum, dum in Thasum emigrabat Olymp. XVIII, fuisse adolescentem viginti et aliquot annorum et vixisse usque ad Olymp. XXIX, intra annum sexagesimum et septuagesimum de vita decesserit.[c]) Quae quidem aetas nihil habet a fide alienum; verum cum Archilochus bello mortem obierit, provectae autem aetatis homines a munere bellico immunes fuerint: sumendum esset, eum vel in expugnatione urbis, vel subita incursione hostium occidisse, vel etiam urgente necessitate civitatis πανδημεὶ exivisse (ut apud veteres fieri solitum), quae et iuvenes et senes in arma vocabat.[d]) Interfector eius Callondas, genere Naxius, cognomine Corax, vocabatur, ut Plutarchus refert.[e]) Eusebio tamen Archias dicitur.[f]) Quem deinde, cum Delphos veniret oraculum consulturus, Pythia increpuit, temploque egredi iussit his verbis:

Μουσάων θεράποντα κατέκτανες· ἔξιθι νηοῦ.[g])

Sed usus deinde precibus et excusatione, id iure belli factum esse, iussus est ab oraculo ad habitationem Tettigis se conferre, ibique animam Archilochi placare.[h]) Hic autem locus erat Taenarus, quo Tettix Cretensis appulisse fertur cum classe, ac urbe condita, habitasse pone Psychopompeum sive locum animis demulcendis et evocandis sacrum. Sepulchrum Archilochi ad littus maris positum fuisse in epigrammate Anthologiae indicatur.[i])

a) Vid. deinceps e. f).

b) Naxius enim fuit eius interfector. vid. f).

c) Vid. supra §. IV.

d) Aeschyl. Ἑπτ. ἐ. Θ. v. 10. Lys. Ἐπιταφ. Thucyd. Iustin. L. V. 6, 3.

e) Heraclid. Pont. ἐν τῇ πολιτείᾳ p. 19. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ ὄνομα ἔκτεινε, πρὸς ὅν φασιν εἰπεῖν τὴν Πυθίαν, ἔξιθι νηοῦ. τοῦτον δὲ εἰπεῖν· ἀλλὰ καθαρός εἰμι, ἄναξ· ἐν χειρῶν γὰρ νόμῳ ἔκτεινα. Plutarch. T. VIII. p. 219. seqq. Ἄχρι τοῦ πολλὰ τοιαῦτα προθεσπίζεσθαι καὶ καθ' ἡμᾶς, οἷα τῷ Κόρακι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγουσιν, οὐχ ὅσιόν ἐςι τῆς ψυχῆς καταγνῶναι θάνατον. καὶ ὁ Πατροκλέας, τί δ' ἦν, ἔφη, τὸ χρησθέν; ἢ τίς ὁ Κόραξ οὗτος; ὡς ἐμοὶ καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὀνομαζόμενον ξένον. οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' αἴτιος ἐγὼ, παρωνύμῳ χρησάμενος ἀντὶ τοῦ ὀνόματος. ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς ἔοικεν, ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπώνυμον. ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισὶ καὶ προτροπαῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος. ἐκεῖ γάρ φασιν ἐλθόντα μετὰ ςόλου Τέττιγα τὸν Κρῆτα πόλιν κτίσαι καὶ κατοικῆσαι παρὰ τὸ ψυχοπομπεῖον.

f) Eusebius Praeparat. Evang. L. V. c. 33. p. 228. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα σοι καὶ Μουσῶν θεράπων ἔδοξεν εἶναι (Ἀρχίλοχος), καὶ ὁ φονεὺς αὐτοῦ οὐκ ἄξιος εἶναι τῆς πρὸς ὑμᾶς τοὺς θεοὺς εἰσόδου, οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς, ἄνδρα φονέα ὄντα ἀποκτείνας. οὔκουν ἄδικος ἡ πρὸς Ἀρχίαν ἀπειλὴ, οὐδ' ἄκαιρος ἡ Πυθία τιμωροῦσα τῷ Ἀρχιλόχῳ τῷ πάλαι νεκρῷ, καὶ κελεύσασα ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν ἐναγῆ· Μουσάων γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα.

g) Galenus Προτρεπτ. p. 1. Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Ἀρχίλοχον τεθνεῶτα φαίνεται τιμῶν οὐ τὰ μέτρια. τὸν γοῦν φονέα βουλόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεὼν αὐτοῦ, διεκώλυεν εἰπών· Μουσάων θεράποντα κ. ἑ. ν. Aristides T. II. p. 297. Οὐδέ γε — τὸν ἀποκτείναντα Ἀρχίλοχον, ὃς τὸ πάντων ἔξοχον καὶ δυσχερέςερον εἶδος τῆς ποιήσεως μετεχειρίζετο, τοὺς ἰάμβους, (ὁ Ἀπόλλων) ἐξεῖργε ἂν τοῦ νεὼ φάσκων οὐκ εἶναι καθαρόν· (καὶ) ταῦτ' ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ φόνου συμβάντος. ἀλλ' ὅμως ἐτίμησε τὸν Ἀρχίλοχον, καὶ Μου-

σάων θεράποντα προσεῖπεν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων διάκονον οὐδενός. Vide Suidam v. Ἀρχίλοχος, qui sua ex his auctoribus, praesertim ex Plutarcho, petiisse videtur. Cf. etiam supra Origen. contra Celsum §. XVI. c) et Dion. Chrys. §. VIII. e). Plinius L. VII. c. 29. s. 30. Archilochi poetae interfectores (leg. interfectorem) Apollo arguit Delphis. — Et ex hoc Solinus C. I. p. 9. Percussores Archilochi poetae Apollo prodidit et latronum facinus deo coarguente detectum.

Notat Salmas. Exercit. Plinian. p. 38. hic et in Plinio ex eruditorum sententia potius interfectorem et percussorem legendum esse; verba Solini vero non tam fato Archilochi, quam poetae Ibyci convenire. Sed talia peccata in Solino plura occurrere notum est. Exempla aliorum, quos Pythia insigni scelere contaminatos ex templo exire iussit, vide apud Aelian. V. H. L. III. C. 43, 44.

h) Vid. not. e. Item Orphei Argonaut. v. 41. et ibi notam Eschenbachii. Apollon. Rhod. L. I. 101.

i) Vide epigramm. ex Anthol. V.

---

§. XIX.

Scripta Archilochi, in quibus praecipue ionica dialecto usus est,[a]) sequentia ab auctoribus memorantur:

1) Iambi sive trimetri iambici.[b])

2) Tetrametri varii, ut videtur, generis.[c])

3) Elegiae.[d])

4) Epodi.[e])

5) Hymnus in Herculem[f]) et forte etiam in Cererem, quo in Paro vicit.[g])

6) Iobacchi.[h])

7) Epigrammata.[i])

Fabulas autem, quarum saepe mentio apud auctores fit, Archilochus ut proprium opus non scripsit, sed eas tantum ornatus et delectationis causa carminibus inte-

xuit.[k]) Athenaeus etiam citat Archilochum ἐν Τηλέφῳ,[l]) ac si drama, quod nomen hoc prae se fert, scripsisset; sed ostendit Ruhnkenius, Δεινόλοχος ibi legendum esse.[m]) Praeterea habet Nicephorus,[n]) Archilochum versu heroico res suas scripsisse. Verum videtur is vel memoria deceptus, vel ex Aeliano aut Synesio non recte intellecto id duxisse, qui scribunt, Archilochum saepe rerum suarum mentionem in carminibus fecisse, non autem proprium de iis carmen composuisse.[o])

---

a) Vetus Grammat. apud Varinum in Hortis Adonid. p. 241. a) Ἡ Ἰὰς διάλεκτός ἐςι τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι (fort. ἡ αὐτὴ vel ὅμοιος). ταύτῃ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχος κέχρηνται καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἡρόδοτος.

b) Herodot. L. I. c. 12. Harpocrat. v. παλίνσκιος. Eustath. T. I. p. 518. vide fragm. trimetrorum.

c) Athenae. L. X. p. 415. D. Hephaest. p. 27. Hermogenes L. II. de form. Orationis: πλεονάζειν μέντοι πάντως ἐνταῦθα (in genere concitato dicendi) τοὺς τροχαίους καὶ τὰς τροχαϊκὰς συζυγίας προσήκει, καὶ τούτου γε τεκμήρια ἐναργῆ πολλὰ καὶ τὰς τραγῳδίας, ἔνθα ἐπείγεσθαι ὁ λέγων δοκεῖ τροχαϊκῶς συντεθέντα, καὶ παρὰ Μενάνδρῳ. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος αὐτὸ καὶ σαφέςερον ἐποίησε καὶ γοργότερον. οἱ γὰρ τετράμετροι αὐτῷ διὰ τοῦτ' οἶμαι καὶ γοργότεροι καὶ λογοειδέςεροι τῶν ἄλλων εἶναι δοκοῦσιν, διότι τροχαϊκῶς σύγκεινται. τρέχει γὰρ ὡς ὄντως ἐν τούτοις ὁ ῥυθμός. Vid. fragm. tetrametrorum.

d) Athenae. L. XI. p. 483. D. vide fragm. elegiarum.

e) Hephaest. p. 22 et 70. Stephan. Byz. v. Πάρος. Diomed. L. III. 482. Zenob. C. V. 68. vide fragm. Epodorum.

f) Pindar. Olymp. 9. v. 1. et ibi schol. item schol. Aristophan. Avib. v. 1762. Tzetzes chil. I. v. 685. vid. fragm. Hymni.

g) Scholiast. Aristophan. l. c. dum ex hymno in Herculem illud τήνελλα explicat, addit: δοκεῖ δὲ πρῶτος Ἀρχίλοχος ἐν Πάρῳ νικήσας τὸν Δήμητρος ὕμνον ἑαυτῷ τοῦτο ἐπιπεφωνηκέναι.

h) Hephaest. p. 55. Steph. Byzant. v. Βέχειρ. vide fragm. Iobacchor.

i) Vide auctores in fragmentis epodorum, in quibus fabulas adhibuit. Theon in Progymnasm. c. 3. p. 29. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται (οἱ μῦθοι) ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο. Ὅμηρος γὰρ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ, φαίνονται ἐπιςάμενοι κ. τ. λ.

k) Iulian. Orat. VII. p. 207. b. Ὁ δὲ μετὰ τοῦτον (Ἡσίοδον) Ἀρχίλοχος, ὥσπερ ἥδυσμά τι περιθεὶς τῇ ποιήσει, μύθοις ὀλιγάκις ἐχρήσατο, ὁρῶν, ὡς εἰκὸς, τὴν μὲν ὑπόθεσιν, ἣν μετῄει, τῆς τοιαύτης ψυχαγωγίας ἐνδεῶς ἔχουσαν, σαφῶς δὲ ἐγνωκὼς, ὅτι ςερομένη μύθου ποίησις ἐποποιΐα μόνον ἐςὶ (ἐςέρηται δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἑαυτῆς· οὐ γὰρ ἔτι λείπεται ποίησις) ἡδύσματα ταῦτα παρὰ τῆς ποιητικῆς Μούσης ἐδρέψατο καὶ παρέθηκε, καὶ αὐτὸς τούτου χάριν, ὅπως μὴ σιλλογράφος, ἀλλὰ ποιητὴς νομισθείη.

l) Athenae. L. III. p. 111. C. vide fragm. 180.

m) Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 15. p. 20. vide prius fragm.

n) Nicephorus in Schol. ad Synes. de Insomn. vid. §. I. not. a.

o) Aelian. vid. §. I. not. m. et §. VI. not. b. Synesius de Insomn. p. 156. Εἶναί τινας, οἳ δύνανται λέγειν, οὐκ ἔχοντες, ὅ, τι δεῖ λέγειν, δέον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε καὶ Ἀρχίλοχος, οἳ δεδαπανήκασι τὴν εὐςομίαν εἰς οἰκεῖον βίον ἑκάτερος. καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην, ὧν τε ἤλγησαν, ὧν τε ἥσθησαν.

---

§. XX.

Archilochum vero fuisse historicum, [a]) nullis argumentis evinci potest. Non enim ullius veteris hac in re fides vel testimonium suffragatur. Neque id nos movere debet, quod Hieronymus [b]) in Chronico Eusebiano ad annum 909 adfert, dum de Homeri aetate agit, quem quidam modico antequam Olympiades inciperent, id est CCCC retro annis a Troiana captivitate fuisse putant; Archilochum vero vicesimam tertiam Olympiadem et quingentesimum Troianae eversionis annum supputare.

Male enim haec ex graeco, quod in Syncello exstat, κατὰ Ἀρχίλοχον reddita sunt, quasi iuxta rationem seu sententiam Archilochi, sed vertendum erat aetate vel circa aetatem Archilochi.[c]) Hinc iam dudum Annius Viterbiensis[d]) a doctis explosus est, qui praeter alia, quae veteribus supposuit, scripta et edidit, etiam id in Archilocho infelici omine et successu expertus est, librumque de temporibus conflavit, et sub nomine eius in lucem protulit, vel certe misere se decipi passus est, dum scriptum ab aliis acceptum et apparentibus κιβδηλίας notis se manifestans pro genuino Archilochi foetu habuit et edidit.

a) Vossius de Historic. Graecis C. I. p. 5. *Hartmann allgemeine Geschichte der Poesie. Einleitung, Seite* 45, 46, *Anmerk.*

b) Chronic. Euseb. p. 79.

c) Syncell. Chronograph. p. 180, 181. vid. §. II. h). Neque etiam ex verbis scholiastae Apollonii (vid. fragm. 130) neque Malalae (fragm. 133) colligi potest, Archilochum historiam scripsisse, quorum ille fabulam de pugna Herculis cum Acheloo narrans Archilochum ait ἱστορεῖν; hic vero in chronico historiam Lyncei exponens scribit, eum hanc συγγράψασθαι. Nam illa loquendi ratione veteres etiam de poetis, dum historiam aut fabulam carmine tractant, aut ei intexunt, uti solere notum est. Sic idem Scholiast. alio loco Πίνδαρος ἱστορεῖ. Plutarch. T. X. p. 664. Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ, et sic alii saepius. Deinde συγγραφὴ, συγγραφεὺς, συγγράφειν de historicis quidem praecipue dicitur; sed quis nescit, genuinam verborum vim et usum iam degeneravisse aetate Malalae, qui locum de Lynceo, quem forte in veteri Grammatico invenerit, per συνεγράψατο extulit, in quo ille ἱστόρησεν usus fortasse fuerit, ut scholiast. Apollonii. Scripta Archilochi certe aetate Malalae iam diu erant deperdita, neque adeo ipsa illa eius carmina legi ab eo poterant, multo minus historia quaedam Archilochi, cuius nemo veterum mentionem facit.

d) V. Fabricii Bibl. Lat. T. I. p. 877. ed. Hamb. a. 1721.

§. XXI.

Archilochi vero alii, quos in auctoribus invenire est, vel ficti sunt, vel ad rem litterariam non spectant. Sic Archilochus Siculus ab Abulpharagio dicitur rhetor ille, a quo proverbium est: **Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.** Sed recte monet Reiskius,[a] Coracem Archilochi percussorem cum Corace magistro Protagorae confusum, et huic tandem male nomen Archilochi tributum esse. Archilochi Siculi etiam Solinus mentionem facit, qui Ariciam condidit.[b] Verum locus doctis suspectus est, et lectio non satis sana videtur. Lexicographi quidam[c] Archilochum faciunt Lacedaemonium, viventem Romae regnante Tull. Hostilio. Sed hic ex loco Corn. Nepotis et Valer. Maximi male intellecto enatus esse videtur.[d] In Homero Archilochus Antenoris filius est, qui ab Aiace iaculo interficitur.[e] In Darete Phrygio occurrit Archilochus ex Thracia dux et Priami auxiliator;[f] alius ibidem hoc nomine ex Graecis ab Hectore post biennium obsidionis in praelio interficitur.[g] Archilochus Corcyraeus Olymp. 59. in ludis Olympicis stadio vicit.[h] Archilochum etiam scribentem Terpandro fingit Aristaenetus de domina ancillam ad artem lenoniam instituente.[i] Apud Plautum Asinar. Act. I. Sc. 1. nomen est argentarii.[k]

---

a) Plutarch. T. X. p. 220. ubi vide not. Reiskii.

b) Solin. C. VIII. §. 157. Notum est a Philoctete Petiliam constitutam — — — Ariciam ab Archilocho Siculo. Ad quem locum vide Salmas. Exercit. Plin. p. 48. b. B. Verum quid de inconstantia Solini dicamus, qui ipse paulo post: „Deinde constituta ab Ascanio Alba Longa, Fidenae, Aricia, Nola a Tyriis, ab Euboensibus Cumae." Alii etiam auctores tradunt ab Hippolyto, Thesei filio, Ariciam esse conditam.

c) Calepin. Stephan. Hoffmann.

d) Vid. supra §. II. i) §. XVII. c).

e) Homer. Il. β 823. μ 100. ξ 464.

f) Dares Phryg. Cap. XVII.

g) Idem Cap. XX.

h) Iul. African. in chron. Euseb. a Scaligero ed.

i) Vide fragm. 86.

k) „Apud Archilochum ego ero argentarium. D. Nempe in foro.“ ubi tamen alii Archibulum habent.

---

§. XXII.

Fragmenta Archilochi non dum seorsum neque integra nec cum veterum de poeta testimoniis edita sunt; pars tamen eorum minor maiorve collecta et inter alia carmina vulgata, ab Henric. Stephano inter poetas lyricos p. 376, 426, 459. In Frobeniana collectione Sententiarum Basileae; in corpore Poetarum Graecorum tragic. comic. lyricorum, Genevae 1614. Tandem a clarissimo Brunck in Analect. veter. poetarum T. I. p. 4. et T. III. p. 6. et 236. lectionum, quae deinde doctiss. Iacobs in commentariis ad haec Analecta egregie illustravit et auxit. E recentioribus de Archilocho egerunt L. Gyraldus historia Poetarum p. 956. Corsinus in Fast. Attic. T. III. p. 31. Gherard. Gualterus ad Inscriptiones Siculas T. VI. antiquae Siciliae p. 392. Eduard. Simson in Chronic. ad ann. 3305. Fabricius Biblioth. Graec. ex edit. Harlesii T. II. p. 107. Bailius p. 296 B. Sevin in Commentariis Academiae Inscript. Paris. T. X. p. 36. et seq. anni 1736. Burette ibid. p. 239, ubi tractatum Plutarchi de Musica explicat. Meursius in Biblioth. Graec. p. 1242. Saxius in Onomast. I. p. 14. *Huch über die Verdienste des Archilochus um die Satyre. Sulzer im Artikel Archilochus mit Zusätzen von Blankenburg.*

AUCTORES

EX QUIBUS HAEC ARCHILOCHI FRAGMENTA ET DE EO TESTIMONIA VETERUM DEPROMTA SUNT.

A.

Aeliani Var. Histor. curante H. Lederlino. Argentor. 1713. 8.

Ammonius de adfinium vocabulorum differentia, edente Frid. Ammon. 1787. 8.

Ammonii Hermiae Commentaria in quinque voces Porphyrii. Venet. 1545. 8.

Analecta Veterum Poetarum a Brunckio edita.

Apollonii Sophistae Lexicon edente Tollio. L. B. 1788. 8.

Apostolius. Lugd. Bat. 1619.

Aristaenetus edente Abresch.

Aristophanes.

Aristides ex edit. Iebb. Oxon. 1722.

Aristoteles.

Athenaei Dipnosophist. cum commentar. Casauboni.

Atilius Fortunatianus inter veteres Grammaticos Putschii.

B.

Basilius in orat. de legendis ethnicis, ed. Sturz. Gerae. 1791. 8.

C.

Censorinus — ex edit. Havercamp. L. B. 1767. 8.

Cicero.

Clemens Alex. edente Pottero.

Cyrillus ex edit. Ez. Spanheim.

D.

Demetrius de Elocutione, ed. Schneider.

Dio Chrysost. ex edit. Morelli. Lutet. 1604. fol.

Diogenes Laert. edit. Lipsiensis. 1759. 8.

Diogenianus ed. Schotto.

Diomedes inter veteres Grammaticos Putschii.

Dionysius Halicarnassensis.

E.

Erotiani Lexicon Graecum in operib. Hippocratis.

Etymologicum magnum.

Eudociae Violetum ed. Villoison.

Eusebii Praeparat. Evang. edit. Parisiensis.

Eustathius ad Dionys. Periegetem, edit. Oxoniensis.

— — ad Homerum, edit. Romana. T. III. fol.

F.

Firmicus (Iulius) Astronomicon L. VI. edit. Basileensis. 1551.

Fortunatianus — vide Atilius.

G.

Galenus — editio Basileensis. 1538. Tomi V.

Gellius (Aul.) Noctes atticae.

H.

Harpocration.

Hephaestionis Enchiridion edit. Paris. 1553. 4.

Heraclidis Allegoriae Homericae ex edit. Schow.

Heraclides de Politia Cretensium edente Cragio ad calcem de Republ. Lacedaemoniorum. p. 19.

Hermogenes de formis orationis edent. Laurentio. Colon. Allobrog. 1614. 8.

Hermogenis Progymnasmata in Biblioth. veteris litteraturae et artis. Vol. III. P. 4.

Herodotus.

Hesychius.

Horatius.

I.

Isidori Origines.

Iulianus Imperator edente Spanheim. 1694. fol.

L.

Longinus edent. Moro.

Lucianus ex edit. Hemsterhus.

M.

Macrobius edente Camerario. Basileae.

Malalae chronicon.

S. Maximus, edit. Parisiens. 1675.

Maximus Tyrius, edent. Reiskio.

Moschi Idyllia.

N.

Nicephorus in scholiis ad Synesium.

Nicetae Choniatae Historia Byzantin.

O.

Origenes contra Celsum, edit. Parisien.

Orion Theban. Grammaticus, teste Hemsterhusio in auctario ad Hesych.

Ovidius.

P.

Pausanias edent. Sylburgio.

Philostratus ex edit. Olearii.

Photii Bibliotheca.

Plinius Harduini.

Plotius Grammaticus inter veter. Grammat. Putschii.

Plutarchus ex edit. Reiskii.

Pollux ex edit. Hemsterhusii.
Priscianus in Praeexercitamentis.
Proclus in Hesiodum.
— — in Chrestomathia apud Photium.
Prosodiae auctor ab Hermanno cum libro de emendanda ratione graecae grammaticae editus.

Q.

Quinctiliani Institut. Oratoriae.

R.

Ruffinus inter veteres Grammat. Putschii.

S.

Scholiastes Aeschyli.
— — Aphthonii.
— — Apollonii Rhodii.
— — Arati.
— — Aristophanis.
— — Euripidis.
— — Hephaestionis.
— — Hermogenis.
— — Hesiodi.
— — Homeri.
— — a Villoison. editi.
— — Horatii.
— — Nicandri.
— — Pindari.
— — Platonis.
— — Sophoclis.
— — Theocriti.
Sextus Empiricus edent. Fabricio.
Siceliota (Ioann.) in Commentar. MS. in Hermogen. teste Valckenario.
Stephanus Byzant. edent. de Pinedo.
Stobaeus — Sermones ex edit. Gesneri, Basileae apud Oporin.
— — Eclogae Physicae edent. Heeren.
Strabo.
Suidas.
Syncellus ex edit. Goari.
Synesius edent. Petavio.

T.

Tatianus λόγῳ πρὸς Ἕλληνας.
Terentianus inter veteres Grammaticos Putschii.
Themistius ex edit. Harduini.
Theocritus edent. Reiskio.
Theon in Progymnasmatis.
Theophilus πρὸς Αὐτόλυκον.
Tzetzes ad Lycophr. edit. Potter.
— — in Chiliad.

V.

Valerius Maximus.
Vellei. Paterculus.
M. Victorinus inter veteres Grammat. Putschii.

Z.

Zenobius, editio Schott. Antwerp. 1612. 4.

Pseudarchilochus Annii Viterbiensis.

ARCHILOCHI
RELIQUIAE.

TRIMETRORUM FRAGMENTA.

I.

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ,
Ὧν οὔτε τιμὸν εἰςένεγκας, οὔτε μὴν
Κληθεὶς ἐσῆλθες, οἷα δὴ φίλος· ἀλλά σε
Γαςὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν
Ἐς ἀναιδίην.

Multum meraci praeterea vini bibens
Nec symbola data, nec ut amicus solet
Aderas vocatus; verum ad impudentiam
Animumque transversum egit et mentem gula.

(Iacobs Animadv. in Anthol. V. I. P. I. p. 148.)

Athenaeus L. I. p. 8. A. B. Locum hunc Casaubonus ex Turnebi sententia correxit et ad trimetros revocavit. Aliter doctiss. Iacobs l. c. hos versus restituere aggressus est, ita ut trimetri hypercatalecti inde efficerentur, quam tamen emendationem vir candidi animi ipse Animad. Vol. III. P. III. p. 388. improbat.

1. Χαλίκρητον. „Vinum χάλιν vocant poetae. Hipponax: ὀλίγα φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες. ea ra-

tione sic dictum, qua Bacchus Λυαῖος et Λυσιμέλης. Tzetzes. Sappho. Veteres Athenienses sic τὸν ἄκρατον vocasse scribit Apollonii interpres (L. I. v. 473.) χαλίκρητον μέθυ, temetum vino temperatum, id est, meracum et, ut elegantissime ait D. Ioannes in Apocalypsi: Οἶνος κεκερασμένος ἄκρατος. Apollon. πῖνε χαλίκρητον λάρον μέθυ." Casaub. l. c. Atque sic etiam lexicographi. Hesych. χαλίκρατον· εὔκρατον, ἄκρατον. Suidas v. χάλις ét χαλίκρητος. Etymol. M. v. χαλίφρων· — χάλις γὰρ ὁ ἄκρατος οἶνος παρὰ τὸ χαλᾷν καὶ ἀνιέναι ἀραρυίας τὰς φρένας. Nicand. Alexipharm. v. 29. Οἷα χαλιχραίῃ νύχιος δεδαμασμένος οἴνῃ. An non hic legendum — χαλικρήτῳ νύχιος δεδαμασμένος οἴνῳ?

Ibid. et 2. Μέθυ, Ὧν, ex emendatione Casauboni pro μεθύων, quod in Athenaeo est. ὧν vero ad plura, quae praecesserunt, referendum; forte: πολλὰ μὲν φαγὼν,

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χ. μ.

Haec enim saepe coniuncta invenias. Sic apud Athenae. L. X. p. 415. de Timocreonte Rhodio: Πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγών. Aristophan. Ἱππ. 354. Θυννεῖα θερμὰ καταφαγὼν, κᾆτ' ἐπιπιὼν ἄκρατον Οἴνου χοᾶ. et Acharn. v. 77. Antiphan. apud Athenaeum L. I. p. 3. F. τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡδονὰς Ἔχομεν ὁμοίας. Analect. T. III. Ep. 638. inter adespota p. 286. Βαιὰ φαγὼν καὶ βαιὰ πιὼν καὶ πολλὰ νοσήσας Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον.

2. Οὔτε τιμόν. In Athenaeo τίμον, unde Casaub. τιμὴν fecit. Sed scribendum τιμὸν vel τῖμον. Paroxytonum occurrit apud Aeschylum Χοηφ. v. 913. ποῦ δῆθ' ὁ τιμὸς, ὅντιν' ἀντεδεξάμην. Properispomenon Eustathius esse vult Il. σ. T. II. p. 1148, 36. Postquam ostendit,

olim amicos tantum et propinquos ad convivium accessisse, reliquos symbolas dare oportuisse, quod nisi facerent, vitio illis datum esse, haec addit: Καὶ παροιμίαν ποιεῖ τὴν Ἄκλητοι κωμάζουσιν ἐς φίλους φίλοι. καὶ τὸ Ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑςιασόμενος ἧκον, μή τινα τῖμον εἰσενεγκὼν, εἰπεῖν κατ' Ἀρχίλοχον, ἀλλὰ δηλονότι ἀσύμβολον δεῖπνον εὑρών. καὶ ἔςιν ὁ τῖμος κατὰ τὸ ὠνὴ, ὦνος, χολὴ, χόλος. De his ἀκλήτοις autem vel saltem ab amico non adductis Plutarch. Sympos. III. probl. ά. sic iudicat: Οἱ μὲν ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἀγόμενοι φίλων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἔθει φιλανθρώπῳ τυγχάνουσι τῶν αὐτῶν, ὥσπερ Ἀριςόδημος ὑπὸ Σωκράτους εἰς Ἀγάθωνος ἀχθεὶς ἑςιῶντος. Εἰ δέ τις ἀφ' αὑτοῦ βαδίζει, τούτῳ δεῖ τὴν θύραν κεκλεῖσθαι. Macrob. Saturn. L. I. C. 7. „Sponte irruere in convivium aliis praeparatum nec ab Homero sine nota vel in fratre memoratum." — Ceterum scurrae tantum, meretrices et parasiti invocati ad epulas accedere solebant. Sic in Symposio Xenoph., scurra Philippus invocatus adest. Alciphron L. III. Ep. 66. Κᾀγὼ μὲν (scribit parasitus) ᾠχόμην κατὰ τὸ εἰωθὸς ἄκλητος εἰς Πασίωνος. Plautus Captiv. A. I. Sc. I. Ergasilum parasitum inducit dicentem:

Iuventus nomen indidit scorto mihi,
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.

Et Terent. Phorm. A. III. Sc. I. v. 25.

Tene asymbolum
Venire unctum atque lautum a balneis.

Εἰσενέγκας Casaub. εἰσήνεγκας, quod metro repugnat.

V. 3. Ἐσῆλθες, sic pro ἦλθες in Athenaeo Casaub. ad metrum explendum reposuit. — Ibid. Οἷα δὴ φίλος. Vid. de haec particula Viger. de Idiot. ex edit. Zeunii p. 121. Eurip. Orest. κᾀγὼ μέτεσχον, οἷα δὴ γυνὴ, φόνου.

V. 3. 4 — — ἀλλά σε
Γαςὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν
Ἐς Ἀναιδίην. — —

Νόον τε pro νοῦν τε et ἀναιδίην pro ἀναιδείην a Casaubono emendatum, metro sic postulante. De vitii huius turpitudine Eurip. Med. 471.

Ἀλλ' ἡ μεγίςη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
Πασῶν ἀναίδεια.

Et Iphigen. in Aul. v. 381.

Ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ.

Et Achilles Il. α. v. 149. inter reliqua convicia acerbiora Agamemoni obiicit:

Ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε.

Σὲ — νόον τε καὶ φρένας. Graeci non raro duos eosdem casus in eadem sententia coniungunt, quorum unus plerumque ab ellipsi praepositionis pendet. Hom. Il. δ. v. 24. Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε ςῆθος χόλον. i. e. κατὰ ςῆθος. et 461. τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν. Odyss. σ. 390. Ἦ ῥά σε οἶνος ἔχει φρένας. Hesiod. Theogon. δάκεν δ' ἄρα θυμὸν Ζῆν' ὑψιβρεμέτην. Aeschyl. Agam. 181. Ζῆνα δέ τις προφρόνως Ἐπινίκια κλάζων. Sic et duos genitivos et dativos consociant. Eurip. Androm. 362. τῆς δὲ σῆς φρενὸς Ἕν σου δέδοικα. Il. α. 24. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Theogn. v. 19. — σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω Τοῖσδ' ἔπεσι. Unde locus ille Alciphr. L. I. Ep. 10. emendatione non videtur egere, modo οὐκ, quod excidit, inseratur. Καὶ τοὺς κλάδους ἁπλῶς ὁ πόθος κόμης ὑμᾶς καὶ ἀγλαΐας (οὐκ) ἐψίλου. scilicet κατὰ τοὺς κλάδους.

Γαςὴρ — παρήγαγεν. Sophocl. Oed. Tyr. 974. Ἐγὼ δὲ τῷ Φόβῳ παρηγόμην. Alciphr. L. I. Ep. 15. Σὲ δὲ — τῆς εὔφρονος οὐ παρήγαγεν εὐβουλίας οὐχ᾽ ὅρμος, οὐχ᾽ ἑλικτῆρες. Homerus παρεξάγειν eodem sensu utitur. Il. κ. 391. πολλῇσίν μ᾽ ἄτῃσι παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ. Addo locum egregium Alexidis apud Athenae. L. X. p. 422. ex emendatione Cl. Iacobs, ubi γαςὴρ, venter sive gula, multorum malorum mater describitur.

— — — Μάθοις δ᾽ ἂν, οἷον ἀνθρώποις κακὸν
Ἐςὶν ἡ γαςὴρ, διδάσκει θ᾽ οἷ᾽, ἀναγκάζει θ᾽ ὅσα·
Εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ᾽ ἀφ᾽ ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
Οὐδ᾽ ἂν ἀδικοῖτ᾽ οὐδὲν οὐδεὶς, οὔτ᾽ ἂν ὑβρίζοιθ᾽ ἑκών.
Νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ.

Vel, ut ibid. Diphilus: Διὰ τὴν τάλαιναν (γαςέρα) πάντ᾽ ἄτακτα γίνεται.

II.

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει,
Οὐδ᾽ εἷλέ πώ με ζῆλος, οὐδ᾽ ἀγαίομαι
Θεῶν ἔργα· μεγάλης δ᾽ οὐκ ἐρῶ τυραννίδος.
Ἀπόπροθεν γάρ ἐςιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

Auro potentis mihi Gygae non sunt opes
Curae, meum nec invidia pectus subit,
Nec stupeo divorum opera, nec tyrannidem
Depereo magnam; haec sunt procul ab oculis meis.

(Brunck Analect. T. I. p. 42. fr. X. Iacobs Animadv. Vol. I. P. I. p. 155.)

Versus hos sine poetae nomine Plutarchus adfert Libr. de Tranquill. animi T. VII. p. 839. Eos vero esse Archilochi, manifestum fit ex Aristotel. Rhetor. L. III. C. 30. καὶ ὡς Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ — λέγοντα — καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή· Οὔ μοι τὰ Γύγεω. Archilocho etiam tribuit Scholiastes Aeschyli Prometh. v. 224. τὸ δὲ τυραννίδος ὄνομα τοῖς μὲν παλαιοτάτοις ἄγνωςον· οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς οἶδεν αὐτὸ, καὶ πρὸ αὐτοῦ δὲ καὶ Ἀρχίλοχος λέγων· μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος. Vocem autem τύραννος circa Archilochi tempora in usu esse coepisse, Scholiastes Sophoclis in argumento Oedip. Tyranni asserit. Ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ, τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιςὴς φησιν. Occurrit tamen haec vox in hymno in Martem, qui sub Homeri nomine fertur, v. 5. Ἀντιβίοισι τύραννε, δικαιοτάτων ἀγὲ φωτῶν. Sed satis monstratum a doctis, hos hymnos partim ab aliis profectos, partim a rhapsodis interpolatos esse. Ad hunc locum etiam referuntur ea, quae Herodotus habet L. I. C. 12. τοῦ (Γύγου) καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Id aperte indicat Rufinus Grammaticus p. 2713. his verbis: „Idem autem ait (Herodot.), cum de Archilocho Pario refert, qui Gygae fabulam optime complexus est, ita: Γύγεω αὐτοῦ καὶ Ἀρχίλοχος Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς ὑπέμνησεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ. meminit autem versus eius Herodotus, quem applicui: ὤ μήτε Γύγεω πολυχρύσου

μέλει." Apparet, quam male Graeca a librariis habita sint, sed apparet etiam, Ruffinum haec non pro glossemate habuisse.

V. 1. Τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου. De Gyge vide Herodot. l. c. Platon. de Republ. L. II. p. 211. edit. Bipont. Iustin. L. I. C. 7. Regnavit is circa Olymp. XXVI. Eum fuisse πολύχρυσον, satis testari possunt donaria eius aurea argenteaque Delphos missa, de quibus Herodotus: χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν. Philostrat. in Vit. Apoll. L. VIII. C. 21. p. 364. Ὅδε, ὥσπερ τοὺς Γύγας φασὶ καὶ Κροίσους ἀκλείςους παρέχειν τὰς τῶν θησαυρῶν θύρας, ἵν' ἀπαντλεῖν εἴη τοῖς δεομένοις, οὕτω παρεῖχε τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τοῖς ἐρωτῶσι κ. τ. λ. Leonid. Tarent. Epigramm. LXIX. — — Κρήθων δ' ἐν χθονίοις σποδιὰ Ὁ πρὶν καὶ Γύγῃ παρισεύμενος ὄλβον. Ipsa Lydorum terra ab Euripide πολύχρυσος dicitur Βάκχ. v. 13. Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γυίας.

V. 2. 3. Οὐδ' ἀγαίομαι θεῶν ἔργα. Etym. M. v. ἀγαίομαι — τίθεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ φθονεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ θαυμάζειν, quae posterior significatio est huius loci. Ad sensum vero explicandum plane faciunt illa Horatiana Ep. I. 6, 1. ad Numicium:

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.
Hunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis sunt qui formidine nulla
Imbuti spectant; quid censes, munera terrae?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis?

Haec adeo cum illis Archilochiis consentiunt, ut Horatius, dum haec scriberet, ea in animo habuisse videatur. Habes ibi τῶν θεῶν ἔργα, hic solem et stellas etc. etc.

ibi divitias Gygae, hic Arabum et Indorum; ibi honores et potentiam tyrannorum, hic honores a Quiritibus collatos. Virum igitur animi constantis et ita compositi se praedicat his versibus Archilochus, ut affectu admirationis, huiusque comitum invidiae, cupiditatis, et timoris non perturbetur, neque, si quid melius sua spe videt, defixis oculis, ut idem Horatius ait, animoque et corpore torpeat. De invidia illa, quae opes potentiamque ac nimiam rerum admirationem comitatur, pulchre Sophocles Oed. Tyr. v. 350.

Ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ, καὶ τέχνη τέχνης
Ὑπερφέρουσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,
Ὅσος παρ' ἡμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται.

Alia mente et recte de eadem admiratione Plato Theaet. T. II. p. 76. Μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη. Aperte hoc Archilochi carmen Anacreon imitatus est Od. XV. (id quod etiam observat doct. Iacobs).

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος,
Οὐδ' αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

Eandem sententiam etiam exprimit Alpheus Mitylen. Analect. T. II. p. 129.

Οὐ ϛέργω βαθυληΐους ἀρούρας,
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης.
Αὐταρκοῦς ἔραμαι βίου, Μακρῖνε·
Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

III.

Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερτεθαύμακε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν. Περὶ γοῦν τῆς Θάσου λέγων, ὡς ἥσσονος, φησίν·

Οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος, οὐδ' ἐφίμερος,
Οὐδ' ἐρατὸς, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοαῖς.

Non haecce regio pulchra, nec iucunda, nec
Amabilis, ut est ad fluenta Sirios.

(Brunck Anal. T. I. p. 44. fr. 22. Iacobs Vol. I. P. 1. p. 166.)

Athenaeus L. XII. p. 523.

1. Οὐ γάρ τι καλός — Similiter Simonides Amorg. περὶ γυναικῶν v. 5.

Κείνη γὰρ οὔτι καλὸν οὐδ' ἐφίμερον
πρόσεςιν οὐδὲ τερπνὸν οὐδ' ἐράσμιον.

2. Ἀμφὶ Σίριος ῥοαῖς. Siris fluvius Italiae et urbs ad eum sita, non procul Metaponto. Steph. v. Σῖρις. De nomine urbis idem Athenaeus l. c. Ὠνομάσθη δὲ ἡ Σίρις, ὡς μὲν Τιμαῖος καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μεναλίππῃ, ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος· ὡς δ' Ἀρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ. Quae vero fuerit haec femina, quae nomen urbi dedit, exponit Etymol. M. v. Σίρις — Ὠνομάσθη ἀπὸ Σίριδος, θυγατρὸς Μόργητος, τοῦ Σικελίας βασιλέως, γυναικὸς δὲ Σκύνδου, ἢ ἀπὸ Σίριδος (mal. Σίδιρος) μιᾶς τῶν Νηρηΐδων, ἢ ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος αὐτῇ ποταμοῦ. De fluvio et urbe vid. Strabon. L. VI. p. 405. A. B. Ea et Πολίειον et tandem, loco et nomine mutato, Heraclea dicta est. Stephan. Byzant. l. c. et v. Πολίειον. Diodor. Sic. L. XII. p. 51. Liv. L. VIII. C. 24. Plinius L. VIII. 15. „Similiter est inter Sirin et Aci-

rin Heraclia, aliquando Siris vocata." Ad quae verba Plinii Harduinus notat, fluvios hos nunc temporis Sino vel Senno et Agro vocari, et Cluverius in Introduct. in Geogr. veterem L. III. C. 30. Heracleam nunc in vestigio ruinarum Policore dici; Cl. Harlesius vero Biblioth. Graec. T. I. p. 329. not. t. Sirin sive Heracleam hodie Torre del mare vocari. Cf. etiam Itinerarium H. Swinburnii (*Reisen durch beyde Sicilien — übersetzt von Forster*) T. I. p. 37. et 344. 361. et seqq.

Siritae autem, finitimi Sybaritis, non secus ac hi luxui ac deliciis dediti erant, ad quas ipsa locorum amoenitate et fertilitate, quam Archilochus adeo miratus est, tum etiam exemplo Sybaritarum forte inducti sunt. Ita enim de iis Athenaeus L. XII. p. 523. Οἱ τὴν Σῖριν δὲ κατοικοῦντες, ἣν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες, ὕςερον δ' ὑπὸ Κολοφωνίων, ὥς φησι Τιμαῖος καὶ Ἀριςοτέλης, εἰς τρυφὴν ἐξώκειλαν οὐχ ἧσσον Συβαριτῶν. καὶ γὰρ ἰδίως παρ' αὐτοῖς ἐπεχωρίασε φορεῖν ἀνθίνους χιτῶνας, οὓς ἐζώννυντο μίτραις πολυτελέσι· καὶ ἐκαλοῦντο διὰ τούτων ὑπὸ τῶν περιοίκων μιτροχίτωνες, ἐπεὶ Ὅμηρος τοὺς ἀζώςους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ.

Siris vero fluvii nomen celebre postea praecipue factum est cruenta illa pugna, qua Pyrrhus Tarentinis auxilians ad hunc fluvium Romanos ingenti clade afflixit. Flor. L. I. C. 18. „Apud Heracleam et Campaniae fluvium Sirim Laevino consule prima pugna." Vid. Animadv. Iacobs. V. I. P. I. p. 166. qui observat, huius nominis fluvium alibi non commemorari. Fuit tamen Siris etiam inter nomina Nili, ut Plinius L. V. 255. Solin. C. 44, 669. Dionys. Perieg. v. 223. de Nilo: Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται. item Avien. Descript. orb. 336.

'Ροαῖς. Sic Athenae. ῥοὰς Brunck. sed utrumque vi praepositionis recte habet. Homericum, deinde a poetis saepe usitatum, Il. δ. 92. ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων. Il. ζ. v. 4. γ. v. 5. et alias. Sic et Eurip. Helen. v. 1. Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί. v. 161. ἐπ' Εὐρώτα ῥοάς.

IV.

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
Πήμαινε, καὶ σφᾶς ὄλλυ', ὥσπερ ὀλλύεις.

O Rex Apollo, tu huius auctores rei
Onera malis, ac perde, perdere ut soles.

Macrobius Saturnal. L. I. C. 17., ubi exponens rationem notationemque nominis Apollinis alios ait credere, Apollinem nominatum esse ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα; exanimat enim et perimit animantia, ut Euripides in Phaethont.

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὡς ἀπώλεσας,
Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήσει βροτός.

Item Archilochus: Ἄναξ Ἄπ. κ. τ. λ.

Hinc in eandem sententiam etiam Aeschylus Agam. 1088.

Ἄπολλον, Ἄπολλον,
Ἀγυιεῦ τ' ἀπόλλων ἐμός·
Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.

Quae vero Graeci de etymologia huius nominis argutati sint, vid. in Cratyl. Platon. T. IV. p. 274. Plutarch. T. VII. p. 544 et 548. not. 21. item Macrob. l. c. De voce ἄναξ, honorifica Deorum compellatione, agit Koeppen in notis

vernaculis ad Il. α. v. 36 et 38. Mitscherlich ad hymn. in Cererem v. 58. p. 132. Sic et ipse Archilochus etiam fragm. 34. de Neptuno, 35. Vulcano, 51. Marte, 37. Baccho, 68. Hercule utitur. Ea praesertim in compellatione Apollinis solennis erat, cuius rei ubique exempla obvia. Hinc poetas dithyrambicos, qui in prooemiis hac formula vulgo utebantur, ἀμφιάνακτας veteres dixerunt. Aristoph. Νεφ. 595. et schol.

Ἄπολλον — ὄλλυ', ὥσπερ ὀλλύεις. Si Archilochus, ut Macrobius sentit, originem nominis Apollinis hic respexit, sane fatendum est, eum magis sobrie, quam posteriores etiam praestantes poetas, ea usum esse, qui non raro delectantur hac nominum notatione, qua, ratione originis eorum habita, vis proprietasve rei vel personae quaedam illustratur. Sic illae preces Clytaemnestrae apud Aeschyl. Agamn. 982, quae adeo similes sunt huic loco Archil.

Ζεῦ, Ζεῦ Τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει,
Μέλοι δέ σοί τι, τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν.

Exemplo sit etiam illud Schilleri in Wilhelmo Tell Act. V. Sc. II. *Freyburg ist eine sichre Burg der Freyen.* Verum lusus hic in verbis interdum frigidior est. Theocrit. Idyll. 26. Ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέρουσι. Aeschyl. Λύκει' ἄναξ, λύκειος γένου στρατῷ δαΐῳ. Euripid. Or. 1037. de Helen. Ζηνὸς γὰρ οὖσαν ζῆν νιν ἄφθιτον χρεών. Recte tamen doctissimus editor Aeschyli ad Ἑπτ. ἐπὶ Θ. v. 577. p. 322. observat, hanc nominum notationem, cum ad eventum aliquem accommodatur, ea aetate, qua cuncta vaticinandi genera vigebant, etiam maiorem vim et dignitatem habuisse. Vide Ioa. Brodaei Miscell. Cap. V. an boni malive quidpiam ex nominibus suis hominibus contingat.

V.

Τὸν κρίθινον οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς — καὶ Ἀρχίλοχος·

Οὗπερ πρὸς αὐλὸν βρύτον ἢ Θρήϊξ ἀνὴρ
Ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδ' ἔην πωλευμένη.

Thrax cervisiam ubi Phryxve large ad tibiam
Potabat, aderat ea, reclinem se exhibens.

(Brunck Analect. fragm. 44. ex Lection. p. 236. Iacobs Vol. I. P. I. p. 177.)

Athenaeus L. X. p. 447. Hos versus ita emendavit Toupius in Emendat. ad Suid. p. 230. In Athenaeo enim locus hic admodum corruptus sic exstat: ὥσπερ αὐλῷ βρύτον ἢ Θρὰξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε· κύβδ' ἦν πονευμένη. Tentavit hunc locum iam Casaubonus ad Athenaeum Commentar. p. 468. et sic corrigi posse censuit, ut postrema verba legerentur: ἔβλυζε κυβάβδ' ἡ πονευμένη. Sensum vero esse vult, aegrotam quandam feminam sic reiecisse sanguinem, ut Thrax vel Phryx aliquis salientem bryti ex ore remittit; ita ut βλύζειν αὐλῷ βρύτον poetice dicatur pro αὐλὸν βρύτου; αὐλὸν vero ut κρουνὸν apud Homerum intelligas; pro κύβδα autem κυβάβδα ex Hesychio legatur, qui hanc vocem Amathusiorum dialecto τὸ αἷμα significare ait. Sed praeterea quod haec ipsa vox in Hesychio corrupta est, ut Toupius ostendit, etiam sensus facilis et satis concinnus nec inde enascitur, neque metri ratio habita est. Addit Cl. Iacobs Vol. I. P. I. p. 177., Scaligerum haec adscripsisse: ὥσπερ γὰρ αὐλῷ βρύτον ἢ Θρήϊξ ἀνὴρ Ἢ Φρὺξ ἔβρυζεν, κύβδα γ' ἦν πονευμένη. i. e. conquiniscebat eo modo satagens mulier, quo siphone cervisiam haurit Thrax vel Phryx,

ipsa quoque sugens. Quare idem vir doctissimus his contortis lectionibus emendationem Toupii lenem et elegantem merito praefert, cuius verba ex l. c. adscribam, quae et rationes huius emendationis ostendunt, et sensum explicant. „Ut a *κρύπτω*, *κρύβδα*, sic a *κύπτω* *κύβδα*. Est autem *κύβδα*, quod monendum, *σχῆμα ἀφροδίσιον*. Schol. Aristoph. Equit. 364. *κύβδα· κύπτοντα, διὰ δὲ τοῦ σχήματος τὴν αἰσχύνην δείκνυσιν ἑαυτοῦ*. quae et partim exscripsit Suidas v. *κύβδα* T. II. p. 388. Hesych. *Κύβαβδα. αἷμα. Ἀμαθούσιοι.* legendum procul dubio: *Κύβδα. σχῆμα. Ἀμαθούσιοι.* scilicet *σχῆμα ἀφροδίσιον*, idque cinaedis proprium. Amathus autem Veneri sacra. de quo non semel Aristophanes in Thesmoph. Est et meretricibus commune. Archilochus apud Athenae. L. X. p. 447. B. *ὦπερ πρὸς αὐλὸν κ. τ. λ.* Ita legendus ille locus, qui hodie inquinatissimus est. Sensus poetae est: Ubicunque ad potandum convenissent barbari, ibi prostabat illa muliercula. Vulgo legitur *πονευμένη*, sed verbum *πωλεῖσθαι* antiquum est, in hoc commercio usitatum. Plutarch. in Solon. p. 91. *πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται, λέγω δὲ τὰς ἑταίρας*. exceptis meretricibus, quae propalam venales sunt. (T. I. p. 361. edit. Reisk.) Videntur hi versus pars esse Iambi, quo Archilochus filias Lycambae vel ipsam etiam Neobulen laceravit.“

V. 1. Οὗπερ, sic Brunck pro *ὥσπερ*, quod in Athenaeo est, et a Toupio in *ὦπερ* mutatum. Illud vero auctoribus de motu in loco usitatum esse tralaticium est. Sophocl. Oedip. *ἐπὶ* K. v. 77. *Αὐτοῦ μὲν, οὗπερ κἀφάνης.* Lysias *ἐπιταφ.* *Ἀποθανόντες, οὗπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι.*

Πρὸς αὐλὸν, sic etiam fragm. 44. quod etiam *ὑπὸ τὸν αὐλὸν* et *ὑπ' αὐλοῦ* Graeci dicunt. Hesiod. *Ἀσπ.* 281.

νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ. item v. 278. 280. Xenoph. Symp. C. 6. ἢ οὐ βούλεσθε, ἔφη, ὥσπερ Νικόστρατος ὁ ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν, οὕτω καὶ ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι. Anacreon dativo etiam utitur: ὑπὸ βαρβίτῳ ἀείδων. De tibiis cf. Spanheim. ad hymn. in Dian. v. 245. Bartholin. de Tibiis veterum et earum usu L. III. et *Boettiger attisches Museum B. 1. H. 2. S. 285.* Eas olim in conviviis et compotationibus ad animos exhilarandos esse adhibitas, notum ex auctoribus. Plato in Protagor. et Xenophon in Symp. Plato Comic. apud Athenae. inter alia, quae post coenam fieri solent: Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος μελίζεται. Tibias autem inventas esse a Phrygibus, Hyagnide, Marsya vel Olympo, veteres scribunt. Plat. Min. T. VI. p. 134. Plini. Clemens Alex. L. I. Stromat. p. 361. Athenae. L. XIV. 624. Chron. Par. Epoch. X. Hinc Eurip. Iphig. v. 576. αὐλοὶ Φρύγιοι Ὀλύμπου. Tibia vero Phrygum ἔλυμος dicta est. Pollux IV. C. X, 67. Unde mirum non est, tibias Phrygibus Thracibusque, a quibus illi oriundi, praecipue in usu fuisse. Quare Horat. Epod. IX.

Sonante mixtis tibiis carmen lyra
Hac Dorium, illis barbarum.

Carmen barbarum tibiarum opponit Dorio lyrae, et per illud Phrygium vel Lydium modum intelligit: haec enim harmoniae genera Graeci a barbaris, Phrygibus et Lydis, habuere. Athenae. l. c. Idem L. I. p. 16. de Homero: Τοῖς δὲ βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς· παρὰ Τρωσὶν οὖν ἦν αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπή.

Βρύτον. Hesych. Βρύττιον· πόμα ἐκ κριθῆς. Ab aliis auctoribus οἶνος κρίθινος vel ἐκ κριθῶν dicitur. Herodot. L. II. C. 77. de Aegyptiis: Οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται. Unde Aeschyl. Suppl. v. 966. Aegy-

ptus de Argivis loquens: Εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ. Athenae. L. I. p. 34. B. Δίων ὁ ἐξ 'Ακαδημίας (φησὶ) φιλοίνους καὶ φιλοπότας τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι, εὑρηθῆναί τε παρ' αὐτοῖς βοήθημα, ὥςε τοὺς διὰ πενίαν ἀποροῦντας οἴνου, τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν. Diodorus autem ζύθον appellari eiusque inventorem Osirin fuisse scribit. Sed et alii populi hoc potu utebantur, ut Armeni: Xenoph.'Αναβ. L. IV. C. V. 26. Ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ ὄσπρια καὶ οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν. Sic Germani: Tacitus de Mor. Germ. C. 23. Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. Athenaeus nòtat p. 447. etiam potionem ex radicibus paratam ab Hellanico βρύτον dici: πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾶκες ἐκ τῶν κριθῶν. In hunc potum exstat elegans epigramma Iuliani Analect. T. II. p. 403.

Τίς; πόθεν εἶς, Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον
Οὔ σ' ἐπιγινώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον.
Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε· σὺ δὲ τράγου· ἦ ῥά σε Κελτοὶ
Τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀςαχύων.
Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
Πυρογενῆ μᾶλλον καὶ βρόμου, οὐ Βρόμιον.

Ubi vide quoque, quos de οἴνῳ κριθίνῳ laudat Iacobs, Trillerum in Observat. crit. p. 197. et Hadrian. Iunium Animadvers. II. 12. item Kirchmaier Dissert. de veterum Celtarum Celia, Oelia, et Zytho.

Θρήϊξ ἀνὴρ ἢ Φρύξ. Thraces potui inprimis fuisse deditos constat. Aelian. Τό γε μὴν ὑπὲρ Θρακῶν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ διαβεβαίωται καὶ διατεθρύλληται, ὡς εἰσὶ πιεῖν δεινότατοι. Hinc ἀμυςίζειν i. e. ἀθροῦν καὶ ἀπνευςὶ πίνειν (Plutarch. VIII. 577.) est Thracum more bibere, ut Pollux ait. Athenae. L. X. p. 442. F.

τὸ δ' εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες πολυπόται. διὸ καὶ Καλλίμαχος ἔφη·

Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκίην μὲν ἀπέςυγε χανδὸν ἄμυςιν
Οἰνοποτεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Horatius: — Nec multi Damalis meri
Bassum Threïcia vincat amystide.

Phryges autem a Thracibus oriundos quis dubitet et in hoc more a gentis suae consuetudine non degenerasse, (Strabo L. VII. p. 483. Athenae. XII. p. 857. C.) praesertim cum Phrygia vini etiam ferax eiusque cultura celebris esset, unde Homerus eam Il. γ. 184. ἀμπελόεσσαν vocat.

Ἔβρυζε. Ad hoc verbum refert Soping. Hesychii glossam ἐβρύαζεν, ἠύωχεῖτο, (vid. not. interpret.) cui assentitur doct. Iacobs. Addit ille tamen: nisi ἔβραψεν malis, quod idem Hesych. interpretatur ἔκρυψεν, ἔπιεν, κατέφαγεν. Secundum meam sententiam βρύω et βρύζω idem verbum est, alia tantum forma, ut βλύω, βλύζω; βύω, βύζω; μύω, μύζω; φλύω, φλύζω, et alia, et ea significatione hic adhibitum, qua plenum esse, abundare denotat: ubicunque videlicet Thrax aut Phryx cerevisiae potu plenus erat, madebat, vel se ingurgitabat, ibi illa femina ocquiniscens versari solebat. Sed cum βρύω hoc sensu genitivum vel dativum adsciscat, Homer. Il. ρ. 56. Aeschyl. Agamemn. v. 117. Choeph. 67. Sophocl. Oed. Col. v. 15, 16. et alias, legendum esset βρύτῳ vel βρύτου ἔβρυζεν. Nam cum accusativo verbum transitivum est, et florere, scatere, manare facio significat. Anacreon Ode 27. Χάριτες ῥόδα βρύουσι. Himerius Soph. Orat. I. §. 19. Ὧραι δὲ λειμῶνας βρύουσιν. Paul. Silent. εἰς τὰ ἐν τοῖς Πυθίοις θερμά v. 104. Ἄλλην λέγουσι κρήνην Βραχὺ βρύουσαν ὕδωρ. Et in sacris litte-

ris Iacob. III. 11. Μήτ' ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν (ὕδωρ).

Κύβδ' ἔην πωλευμένη. Ad illam τοῦ κύβδα significationem ex Toupii emendatione, qua σχῆμα ἀφροδίσιον denotatur, forte Aristophanes, verbo κυπτάζω utens, pro nequitia sua respicit Lysistrat. v. 17. dum de mulierum occupationibus loquitur: Ἡ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν. ubi schol. κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιβολίᾳ καὶ χαριέντως (mal. χάριτες) χρᾶται· καθὰ καὶ Σώφρων· Ἐνθάδε κυπτάζουσι πλεῖςαι γυναῖκες. Sic et Latini inclino et incurvo obscoena significatione utuntur; veteres ocquiniscere dicebant, ut Magius L. II. C. 3. Variar. Lectionum exemplis ostendit.

Πωλευμένη, ita Toupius pro πονευμένη, vel πολευμένη, ut Brunck. emendat. Sed non a πωλέω, vendo, sed a πωλέομαι, versor, eo, derivandum. Hom. Odyss. β. 56. Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα. Il. ε. 788. Ὄφρα μὲν ἐς πόλεμον πωλέσκετο δῖος Ἀχιλλεύς. Schol. ἐφοίτα, ἀνεςρέφετο. Odyss. ι. v. 188. Οὐδὲ μετ' ἄλλους Πωλεῖτ', ἀλλ' ἀπάνευθεν ἰὼν ἀθεμίςια ᾔδη. Manifestum hoc est ex vestusta lege Attica de meretricibus apud Lysiam Orat. I. in Theomn. Ὅσοι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται, καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι. quae verba Lysias ipse statim sic interpretatur: τὸ μὲν πεφασμένως, ἐςὶ φανερῶς· πωλεῖσθαι δὲ, βαδίζειν. Ipse Archilochus infra hoc verbo utitur de fure circa urbem eunte et furandi occasioni intento, fragm. 72. Sed hic per ο scriptum, prout etiam apud Homerum et alios auctores occurrit, et Brunckius exhibet. Euripid. Orest. v. 1269. τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ Σὸν ἀγρότας ἀνήρ. Et scholiastes ad locum Homeri supra

allatum Il. ε. 788. observat etiam τὸ ω μέγα διὰ τὸ μέτρον adsumtum esse: in quo tamen fallitur, quia et in Lysiae loco per ω legitur.

VI.

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων ὁρᾷς
Λεωργὰ κᾀθέμιςα, σοὶ δὲ θηρίων
Ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

Ex interpret. Cl. Heeren.

O Iupiter supreme, tu coelo imperas;
Tu cuncta facta coelitum atque hominum notas
Tumida ac nefanda; sunt ferarum etiam tibi
Curae facinora fasque.

(Brunck Anal. I. p. 43. fr. 17. Iacobs Vol. I. P. I. p. 162. Heeren Stobaei Ecl. T. I. p. 122.)

Versus hos Clemens Alex. Strom. V. p. 725, 10. et Eusebius Praeparat. Evang. XIII, 12. corruptos tamen neque integros adferunt, quorum ille l. c. sic: Τοιαῦτα γὰρ ὁ Πάριος Ἀρχίλοχος λέγει· Σὺ δ' ἔργα ἐπ' οὐρανοὺς ὁρᾷς λεωργὰ καὶ ἃ θέμις, ubi Potterus notat in cod. Ioann. post οὐρανοὺς legi ἀνθρώπους et λεωργά τε καὶ ἀθέμιςα. Eusebius vero: ὦ Ζεῦ, σὺ μὲν οὐρανοῦ κράτος, σὺ δ' ἔργα ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς λεωργά τε καὶ ἀθέμιςα. Atque sic etiam expressi sunt a Cl. Brunckio, nisi quod κᾀθέμιςα legit. At Cl. Heeren in Stobaei Eclogis T. I. p. 122. hos versus e codd. correctiores et pleniores, sub Aeschyli tamen nomine exhibet, et in

notis haec observat: „Aeschylo hic locus tribuitur in Cod. Vat. Aug. Escurialensi, etsi in nostris Aeschyli fabulis non amplius legatur. Eundem tamen, etsi minus integrum, ex Archilocho Pario citat Clemens Strom. V. p. 609. Τοιαῦτα καὶ ὁ Π. Ἀρχ. κ. τ. λ. ut supra. Clementis tamen auctoritate, quippe qui haec verba, neglecta ratione metrica, ex sola memoria citavit, non magni faciendam esse quisque facile videt. Aeschylo itaque ea ex codd. auctoritate tribuenda putavi, etsi fieri quoque potuerit, ut ipse Aeschylus ea ex Archilocho adumbraverit."

Contra haec observari potest: 1) Archilochi nomen in codd. saepe permutatum esse, ut ostendit Ruhnken. ad Vellei. Paterc. L. I. C. 20. cum nominibus Dinolochi, Aristophanis, Aristarchi, (adde Antilochi, Amphilochi, Antimachi. vid. fragm. 7. 26. 159. 179. 180. 181.) cuius permutationis exempla in his ipsis fragmentis plura occurrunt. Hinc fortassis etiam factum est, ut cum nomen Archilochi in uno illo codice Stobaei, ex quo ceteri fluxere, vel obscurius vel compendio scriptum, vel etiam oscitantia librarii permutatum esset, Aeschylus Archilochi locum occuparet. Accedit, quod in Farnesiano codice, ut Iacobs testatur, ad nomen Aeschyli additum est μή. 2) Praeter Clementem etiam Eusebius Archilocho hos versus tribuit, quem si obiicias locum ex Clemente sumsisse, voces habet et lectiones, quae vel contrarium arguant, vel ostendant, verba Archilochi in Clemente ab librariis pessime habita, non ex memoria citata esse, ut adeo mirum non sit, rationem metricam collapsam esse.

Ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων ὁρᾷς. Sic Cl. Heeren, relato ἐπὶ ad ὁρᾷς, ἐφορᾷς: neque tamen improbat ἐπουρανίων pro θεῶν; quod vero cum otiosum

videri possit, quia priori versu iam dixit, Iovem imperium coeli exercere, utrique lectioni ὑπουρανίων praestare censet cum ἀνθρώπων iungendum. Forsan ex Clemente et Eusebio faciliori correctione legi possit: Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁρᾷς. Tu opera in coelo etiam hominum vides. Similis sententia est illa Apollonii L. II. v. 1179.

Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται, οὐδέ μιν ἄνδρες
Λήθομεν ἔμπεδον οἵ τε θεουδέες ἠδὲ δίκαιοι.

Hinc etiam Ζεὺς πανόπτης dictus Aeschyl. Eum. 1043.

Ὁρᾷς. Brunck ῥεῖς ex Euseb. quod defendit doct. Iacobs p. 162. l. c. significatione transitiva adhibitum, idque sententiae, quam locus postulat, unice convenire putat. „Pro ὁρᾷς, inquit, Sylburgius coniicit δρῇς, i. e. ῥέζεις. Iupiter nimirum his verbis omnium malorum fons et auctor perhibetur. Quare Clemens eos comparat cum his Orphei: Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει, Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα. Hinc apparet, ὁρᾷς vix locum habere, nec ea, quae apud Stobaeum assuta leguntur. Duo loca diversae sententiae confusa sunt vel ab ipso Stobaeo vel a librariis, in quorum altero de Iove malorum inter homines auctore, in altero de eodem male ab hominibus factorum vindice agebatur. Sententiae, quam secundum Clementem Archilochus pronunciare voluit, unice convenit ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς, i. e. effundis. Hanc veram esse lectionem nec Barthium fugit in notis ad Claudianum Ep. I. ad Adrian. 10. p. 951., cuius tamen interpretationem non probo. Transitivum verbi ῥέω usum bene stabilivit Musgrav. ad Eurip. Hecub. 528. et Ruhnken. in Epistol. Crit. II. p. 264.“ His deinceps ipse exempla quaedam adiicit huius transitivae significationis τοῦ ῥέω,

et hac lectione admissa potius tetrametrorum vestigia apparere arbitratur. Lectionem ὁρᾷς tamen iudicat Herodem Atticum secutum esse, cui in consecratione Triopii Anal. T. II. p. 300. v. 2. hi versus Archilochi obversati esse videntur: Ἤ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράᾳς, Ῥαμνουσιὰς Οὖπι.

Λεωργά. „impia, superba, vox Aeschylo solennis, inquit cl. Heeren. sic in Prometh. Vinct. v. 5.“ ubi vide notam Schützii. Verum et alii auctores ea utuntur, ut Xenoph. Memorab. I, 3, 9. Aelian. H. A. XVI, 5. Themist. p. 314. Unde ne inferas ex usu huius vocis hoc fragm. ad Aeschylum esse referendum; immo potius Aeschylum, qui Archilochum in delectu vocum saepius secutus est, eam ab Archilocho petiisse verisimile fuerit. vide fragm. XIV. XX. XXIX. L. LXXV. LXXXIX.

Κἀθέμιςα, sic Brunck, quem sequitur Heeren, recte ad sensum et metrum, licet sententia concinnior videatur, si legeris λεωργὰ καὶ θεμιςὰ, quo fieret, ut oppositis factis improbis et probis, ut deinceps ὕβρις et δίκη opponuntur, lumen sententiae augeretur.

VII.

Ἔχουσα θαλλὸν μυῤῥίνης ἐτέρπετο
Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.

Recreabat animum myrteam frondem tenens
Rosaeque pulchro flore cincta. — — —

(Brunck Anal. T. I. p. 46. frag. 36. Iacobs Vol. I. P. I. p. 173.)

Ammonius de Differentia vocum, ubi diversam significationem vocis ῥόδον, rosa, ῥοδωνιὰ, rosetum, et ῥοδῆ,

frutex rosarum, exponit. Primum versum habet etiam Etym. M. alterum Athenaeus. Illud v. *θάλλω* — *καὶ θαλλὸν λέγει τὸν ςέφανον τὸν τῆς ἐλαίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν, ὃ θάλλει. Ἀρχίλοχος· Ἔχουσα θ. μ. ἐτ.* ubi male *μυρίνης* scriptum. Athenae. L. II. p. 52. F. *Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ καρποῦ βαρύνειν ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ· τὸ μέντοι δένδρον θέλει περισπᾶν, ἀμυγδαλῆ καὶ ῥοδῆ. καὶ Ἀρχίλοχος* (male alias *Ἀντίλοχος*) — *Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.* Unde Eustath. Odyss. *ω.* T. III. p. 1963, 49: *οὕτω δέ φασι καὶ ῥοδῆ περισπωμένως παρ' Ἀρχιλόχῳ, παρ' ᾧ κεῖται καὶ τό· ῥοδῆς καλὸν ἄνθος.*

Ἔχουσα θαλλὸν μυῤῥίνης. Poeta loqui videtur de fronde myrtea, quae finitis Graecorum conviviis adferri, alterique tradi ab altero solebat, ita ut qui eam acciperet, scolion canere deberet. De hac fronde, quae *αἴσακος* dicebatur, et de hoc more alternis canendi post convivium vid. Hesychium v. *μυῤῥίνης κλάδος ἢ δάφνης* et v. *αἴσακος.* item Etym. M. ead. voce. Plutarch. Sympos. L. I. probl. *ά.* Scholia in Platon. Gorgiam in Anecdot. Graec. Siebenkeesii. Verum cum hic de femina sermo sit, et conviviis Graecorum mulieres honestae non adhiberentur, suspicari licet, haec fortasse de Neobule a poeta dici, cui infamiam adspergit, eam ut feminam prostitutae pudicitiae in conviviis virorum versari, cum iis perpotare, et cantare solere, sicut et antea fragm. 5. contumeliosius de ea dixisse videtur: *Οὖπερ πρὸς αὐλὸν κ. τ. λ.*

Ἐτέρπετο. Observat Iacobs, a Moschopulo et Phavorino in *ῥόδον* legi *ἐφείπετο*, et Philemonem in Lexic. techn. apud Villois. ad Apollon. Lex. Homer. p. 704. eandem lectionem sequi.

Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος. De rosa quidem, quam cum fronde myrtea manibus tenebat, intelligi potest, sed mihi potius de corolla rosacea accipiendum videtur. Corollae enim ex rosis factae veteribus praecipue in deliciis erant, ita ut eas non modo capiti imponerent, sed de collo etiam suspenderent. Plutarch. Symp. L. III. probl. α. p. 563, 66, 67. De variis coronis earumque usu et nominibus Athenae. L. XV. p. 669. et seqq. Carol. Paschal. de coronis. Asclepiad. Anal. T. I. p. 216. Epigr. XXVII. ex emend. doct. Iacobs.

Τρεῖς, Καρίων, ἡμῖν λάβε κόλλικας — ἀλλ' ἄγε θρέξον —
Καὶ πέντε ϛεφάνους, τῶν ῥοδίνων δ' ἀπόπαξ.

VIII.

Βοῦς ἐϛιν ἡμῖν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ
Κορωνὸς, ἔργων ἴδρις.

Operarius bos, nec laboris inscius
Cervicis elatae est domi nobis.

Etym. M. v. κορωνός.

Βοῦς — ἐργάτης. Bos arator, qui magni fiebat a veteribus. Addaeus epigr. III. Anal. T. II. p. 241.

Αὔλακι καὶ γήρᾳ τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν
Ἄλκων οὐ φονίην ἤγαγε πρὸς κοπίδα,
Αἰδεσθεὶς ἔργων.

ubi cf. Iacobs. Animadv. V. II. P. II. p. 232. legem de bobus aratoribus non necandis.

Κορωνός. ὁ γαῦρος καὶ ὑψαύχην, παρὰ τὸ κάρα κατὰ μετάθεσιν τοῦ α εἰς ο. sic Etym. M. cui expli-

cationi deinceps ipsum Archilochi locum subiicit. Hesychius: κορωνός· πονηρός. forte πόνηρος, laboriosus. et alia glossa ὀρθόκερως. Samius epigr. I. Anal. T. I. p. 485. τὸν αὐχήεντα βοῦν vocat. Hinc etiam ὑψαυχενίζειν et κορωνιᾶν eodem sensu adhibentur. Cf. Iacobs Animadv. Vol. II. P. II. p. 184.

Ἔργων ἴδρις. Ἔργα opera rustica. Hom. Il. β. 751. Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο. Schol. ἔργα νῦν τὰ γεωργικά, ἵν' ἢ ἐγεώργουν. et Il. π. 392. de exundatione fluminis μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων. et Hymno in Cerer. v. 93. ubi vide Cl. Mitscherlich. Hesiod. Ἔργ. 46. ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο. Sic et Latini: Virgil. Georg. I. 325. sata laeta boumque labores. Columella in horto: Grandine dilapidans hominumque boumque labores.

Ἴδρις, ἔμπειρος, Hesych. πόνου καὶ ὀϊζύος ἴδριες εἰμέν, Hesiod. Ἀσπ. v. 351. Σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις, Eurip. Med. 285.

IX.

Ἀρχίλοχος τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόπεδα παρορῶν, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον διέβαλε τὴν νῆσον, εἰπών·

Ἥδε δ' ὥς ὄνου ῥάχις
Ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής.

Illa stat, dorsum velut
Asini, et agresti cincta silva est undique.

(Brunck Anal. T. I. p. 44. fr. 21. Iacobs Vol. I. P. I. p. 165.)

Plutarch. de Exil. T. VIII. p. 583. Thasus insula ad Thraciam sita, quam Archilochus propter asperum et inaequale solum tantopere contemsit, admodum tamen ferax et variis rebus ad vitae usum pertinentibus nobilis erat. Propter fertilitatem Dionys. Perieg. v. 552. Δημήτερος ἀκτὴν appellat. (Theocrit. epigr. VIII. λιπαρὴν Θάσον. conf. Gatterer in commentar. de Thrac. P. II. p. 87. Iacobs.) Etym. M. Θάσος πόλις ἀπὸ τοῦ δάσος, ὅτι κάρπιμός ἐςιν ἡ γῆ. Vini eius excellentis apud plures auctores mentio fit, idque praecipuis adnumeratur. Ael. V. H. X. C. 31. Φέρε, οἴνων Ἑλληνικῶν διὰ σπουδῆς ἰόντων (an ὄντων?) ἐν τοῖς παλαιοῖς ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν· Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, ἱερὸν δ' ἦν ἄρα τοῦτο Δήμητρος. (an non legendum ἱερὸς δ' ἦν οὗτος Δήμητρι?) καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσου καὶ Θάσιος ἄλλος κ. τ. λ. Hermipp. apud Athenae. L. I. p. 29. C.

Καὶ Θάσιον (οἶνον), τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή·
Τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριςον
Τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.

et ibid. Archestratus. Sic et Plinius adfirmat, vinum Thasium et Chium inter vina transmarina in summo honore fuisse. Apulei. de Magia T. II p. 28. Olitori et cauponi merito est concessum olus et vinum ex nobilitate soli commendare, vinum Thasium, olus Phliasium. Quam generosum fuerit, ex Hippocrate intelligitur, qui vinum Thasium cum aquae portionibus viginti quinque misceri iubet. L. III. περὶ νούσων. De suavi eius odore, μήλων ὀδμῇ, vide Lennep ad Coluth. in Animadvers. Plutarchus id etiam inter delicias Epicuri memorat T. X. p. 481. Duo vero eius genera vi contraria praedita Athenae. L. I. p. 31. F. qui ibid. p. 32. A. ex Theophrasto

docet, quomodo illud suavius genus paretur. Praeterea apud veteres et muria Thasia et nuces Thasiae celebres erant, quas Dalecampius male censet avellanas esse; Macrobius enim eas esse amygdalas aperte scribit Saturnal. L. III. C. 18. Inter lautitias mensarum eas refert Varro Satyr. περὶ ἐδεσμάτων apud Aul. Gell. L. VII. C. 16. easque et sua aetate celebratas esse Plinius testatur L. XV. C. 22. vid. Athenae. p. 647. Lennep in Animadv. ad Coluth. p. 15. et seqq. Ad haec marmore et auro etiam dives erat. Stat. Silv. I. 5. 34.

Ὄνου ῥάχις. „Propter montium iuga poeta sic appellasse videtur insulam. Plurimas partium corporis appellationes ad terrarum situm et conditionem significandam translatas diligenter collegit Eustath. ad Il. p. 233. seq. quaedam schol. Sophocl. in Oedip. Col. 691. Cf. Wesseling ad Herodot. I. p. 35, 86. Promontorium Laconiae ὄνου γνάθον appellatum commemorat Pausanias III. 22. p. 431. edit. Facii. Nec hoc ὄνου ῥάχις tam Archilocho proprium fuisse puto, quam potius vulgarem montosarum regionum appellationem.“ Iacobs Vol. I. P. I. p. 165. et seq. Sic Polyb. T. III. p. 400. κατέβαινε κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία κατατείνουσαν ῥάχιν. Strab. p. 895. A. συνεχὴς ῥάχις. Latini sic etiam dorsum adhibent. Liv. I. C. 3. Ab situ porrectae in dorso urbis longa Alba appellata. Curt. L. III. Dorsum montis imminebat urbi, et L. V. C. 3. Ipse cum expedito agmine iugum montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. Vid. etiam Schützii not. ad Prometh. v. 726, ubi Aeschylus iuga montis editiora κρόταφον dicit. Quod imitatus est Philiad. Megarens. Anal. T. III. p. 329. Ἄνδρες τοί ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος.

X.

"Εα Πάρον
Καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον.

Mitte sis Parum
Illasque ficus atque vitam in aequore.

Athenae. L. III. p. 76. B. τῶν δ' ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ (διάφορα γὰρ κἀνταῦθα γίνεται σῦκα τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις αἱμώνια, ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις, ἅπερ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἔτυχε) Ἀρχίλοχος μνημονεύει λέγων οὕτως· "Εα Πάρον κ. τ. λ. Addit deinceps, has ficus tantum differre a vulgaribus, quantum apri caro a carne porci altilis differt. De variis ficuum generibus et nominibus vide ibid. Athenae. et Macrob. Saturn. L. III. C. 20. Videtur hoc fragmentum pars esse carminis, quo vel se ipse vel alios poeta hortatus est ad relinquendam Parum, et in Thasum emigrandum. Hinc quae in Paro agitur, vitam despicit et elevat, ubi nihil nisi ficus et pisces ad nauseam usque edas.

Θαλάσσιος βίος est piscatorum, qui ex mari victitant et continuis in undis laboribus et periculis vexantur: unde a Pancrate apud Athenae. L. VIII. p 321. F. ἁλίζωοι dicuntur: "Ας τε βόας πορκῆες ἁλίζωοι καλέουσιν.

XI.

Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφετο.

Non decrepita se lineret unguentis anus.

(Brunck Anal. T. I. p. 46. fr. 34. Iacobs Animadv. Vol. I. P. I. p. 172.)

Athenae. L. XV. p. 688. C. τῷ δὲ τοῦ μύρου ὀνόματι πρῶτος Ἀρχίλοχος κέχρηται λέγων· Οὐκ ἂν μύροισι γ. ἑ. ἡ. Observat deinde, unguenta ab Homero ἔλαια vocari: Ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δ' αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτου· δροσόεντι ἔχριεν ἐλαίῳ. quae omnia exscripsit Eustath. Il. ψ. T. II. p. 1300. Idem Athenaeus L. I. p. 18. notat, μύρον etiam κάλλος ab Homero appellari, ut Odyss. σ. 191, 92. Occurrit hoc fragmentum quoque apud Plutarchum in vita Periclis, qui eo in Elpinicen sororem Cimonis usus est. Sed non iniucundum fuerit ipsa Plutarchi verba quasi condimenti causa adiicere. Ὁ δὲ Περικλῆς καταστρεψάμενος τὴν Σάμον, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ταφάς τε τῶν ἀποθανόντων κατὰ τὸν πόλεμον ἐνδόξους ἐποίησε, καὶ τὸν λόγον εἰπὼν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐπὶ σημάτων, ἐθαυμαστώθη. καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον· ἡ δ' Ἐλπινίκη προσελθοῦσα πλησίον, Ταῦτ', ἔφη, θαυμαστὰ, Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων, ὃς ἡμῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀπώλεσας πολίτας, οὐ Φοίνιξι πολεμῶν, οὐδὲ Μήδοις, ὥσπερ οὑμὸς ἀδελφὸς Κίμων, ἀλλὰ σύμμαχον καὶ συγγενῆ πόλιν καταστρεψάμενος. Ταῦτα τῆς Ἐλπινίκης λεγούσης, ὁ Περικλῆς μειδιάσας ἀτρέμα λέγεται τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν· Σὺ κἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο. Significare videtur velle Pericles, Elpinicen iudicare de rebus, seque immiscere negotiis ad eam non pertinentibus, sicut nimirum vetulae aut honestae matronae non convenit se unguentis ungere. Tenellae enim virgines, tum praecipue ἑταῖραι unguentis uti solebant. Hesiod. Ἔ. 519. Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης, Εὖτε λοεσ-

σαμένη τέρενα χρόα καὶ λίπ' ἐλαίῳ κ. τ. λ. Schol. ἠλείψαντο πρώην αἱ παρθένοι τῷ τοῦ βαλσάμου ἐλαίῳ. Theocrit. XVII. v. 134. χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις. Alciphr. L. I. ep. 4. de meretrice: Οὐδὲ τῶν μύρων ὅσον ὄζει καὶ πόῤῥωθεν ἀπαισθάνῃ. Et epist. 36. p. 50. alia ibid. queritur: καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἰδοῦσα τὸν χρόνον τοῦτον μύρον. Hinc elegans epitheton Meleagri epigr. 105. μυροβότρυος Ἡλιοδώρας. Simonid. Amorg. περὶ γυναικῶν v. 63.

Λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἀπὸ ῥύπου
Δὶς, ἄλλοτε τρὶς, καὶ μύροις ἀλείφεται.

XII.

Ἐσμυρισμένας κόμας
Καὶ στῆθος, ὡς ἂν καὶ γέρων ἠράσσατο.

Unguentis comas
Pectusque sparsa, ut vel senem caperet amor.

(Brunck Anal. T. I. p. 46. fr. 53. Iacobs l. c.)

Athenae. loco cit. quem etiam vide de variis generibus, nominibus et usu unguentorum, quibus veteres ita delectabantur, ut non modo caput, pectus, manus, pedes, sed totum corpus ungerent: quin etiam singulis partibus eius proprium adhiberent unguentum. Praecipue autem capillos ungere solebant. Archestrat. apud Athenae. L. III. καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε. Anacre. Od. 28. Ὁ δὲ κηρὸς, ἂν δύνηται, Γράφε καὶ μύρου πνεούσας (τὰς τρίχας). Aristoph. Ἐκκλ. 1009. ἥτις μεμύρωμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν.

Horat. III. 20. Sparsum odoratis humerum capillis. De unguentis vid. Marsil. Cagnati Var. Observat. L. II. C. IX.

Ἐσμυρισμένας κόμας. Wakefield Silv. Crit. IV. p. 43. ἐσμυρισμένη corrigit, quod doct. Iacobs probat. Ad explicandum hoc verbum autem Athenaeus l. c. notat: μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, καὶ ἥγε ςακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης. Sed a σμύρνη, σμυρνίζω, ἐσμυρνισμένη potius legendum videtur, et sic reapse occurrit in sacris litteris apud D. Marc. C. XV, 23. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον.

Γέρων ἠράσσατο. Hom. Odyss. λ. 237. Ἣ ποταμοῦ ἠράσσατ' Ἐνιπῆος. Iacobs Animadv. Vol. I. P. II. p. 322. hinc illud Rhiani ductum esse putat Anal. T. I. p. 480. Epigr. 2.

Ὧραί τοι Χάριτές τε κατὰ γλυκὺ χεῦαν ἔλαιον,
Ὦ πυγά. κνώσσειν οὐδὲ γέροντας ἐᾷς.

XIII.

Ἡ δέ οἱ κόμη
Ὤμους κατασκιάζει καὶ μετάφρενα.

Humeros obumbrat atque dorsum ei coma.

Synesius in Encom. Calvit. p. 427. Οὔκουν ἅπαντες οἴονταί τε καὶ λέγουσιν αὐτοφυὲς εἶναι σκιάδιον τὴν κόμην, καὶ ὁ κάλλιςος ποιητῶν Ἀρχίλοχος ἐπαινέσας αὐτὴν, ἐπαινεῖ μὲν οὖσαν ἐν ἑταίρας σώματι· λέγει δὲ οὕτως· Ἡ δέ οἱ κ. ὤ. κ. τ. λ. Pro κατασκιάζει, quod spondeum in quarta sede facit, κατεσκίαζε videtur le-

gendum, ut metrum constet. Capilli autem longiores densioresque, quos Archilochus in amasia laudat, magna pars pulchritudinis semper habiti. Iliad. γ. v. 53. de pulchritudine Paridis: Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης, Ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος. Unde poetae in laudanda celebrandaque forma plerumque eorum meminere. Homerus in paucis, quae de pulchritudine Helenae canit, eam ἠΰκομον vocat, Il. γ. 329. λ. 506. et καλλίκομον Odyss. ο. 58., ut iam Lessingius observavit. Sic et Briseis laudatur Il. β. 689. et aliae plures. Eurip. Phoeniss. v. 231. comam ideo vocat παρθένιον χλιδάν. ubi Schol. κόμας, αἳ κάλλος καὶ τρυφή ἐστι (an εἰσι?) τῶν παρθένων. Hinc etiam pulchra illa morum muliebrium notatio in Orest. v. 128. ubi dum Helena comas sibi resectas sepulchro sororis imponi iubet, Electra dicit:

Εἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθριξε τρίχας
Σώζουσα κάλλος· ἐστὶ δ' ἡ πάλαι γυνή.

Aristaenet. L. II. epist. 6. p. 77. Ἡ δὲ κόμη, βαβαὶ τῆς ἀγλαΐας, ὡς τετανότριξ ἡ παῖς· τῶν μὲν οὖν ὀφρύων ἐμμέτρως ἀνέσταλται, τοῦ δὲ αὐχένος ἐπιχαρίτως καθήπλωται καὶ τοῖν ὤμοιν (pro ὤτοιν emend. Abresch). Ipsi Dii Deaeque a pulchritudine capillorum poetis passim dicuntur εὐπλόκαμοι, καλλίκομοι, καλλιπλόκαμοι, ἁβρόκομοι, χρυσοχαῖται, ἠΰκομοι etc. Sic Thetis Il. δ. 512. Minerva Il. ζ. 92. Ceres Il. ξ. 326. et alii Dii Deaeque ac homines. Vide Bar. de Locella ad Xenoph. Ephes. p. 122. 123. Sic et Apollo ἀκερσεκόμης (Il. τ. v. 39.), intonsus et pulchra coma decorus a poetis celebratur, quam Himerius Orat. X. §. 5. sic describit: Κόμη μὲν αὐτῷ χρυσῆ περὶ μέτωπον σχίζεται, πλόκαμοι δὲ ἑκατέρωθεν κατὰ τοῦ αὐχένος καθέρποντες τοῖς θείοις στέρνοις ἐπικυμαίνουσι. Atque sic etiam for-

mosos formosasque passim a pulchritudine comarum laudatos legas. Propert. L. II, 3, 13. Nec de more comae per levia colla fluentes. Ovid. Metam. II, 635. Ecce venit rutulis humeros protecta capillis. Petron. Satyr. Crines ingenio suo flexi per totos sese humeros effuderant. Ceterum de coma et studio eius alendi, et more tondendi, aliisque ad hanc rem spectantibus vide Hadr. Iunii Commentar. de coma.

XIV.

Μάχης δὲ τῆς σῆς, ὥϛε διψέων πιεῖν,
Ὣς ἐρέω. —

Pugnare tecum, ceu bibere sitiens, ego
Sic cupio. —

Athenaeus L. X. p. 433. E. τῆς δὲ δίψης οὐδέν ἐστι πολυποθητότερον· διόπερ καὶ τὸ Ἄργος πολυδίψιον ὁ ποιητὴς ἔφη πολυπόθητον διὰ τὸν χρόνον. τὸ δίψος μὲν γὰρ πᾶσιν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν ἐμποιεῖ τὴν περὶ τῆς ἀπολαύσεως. διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς φησι· Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ, Οὐκ ἂν πλέον τέρψειας, μὴ (leg. οὐ) πιεῖν διδούς. καὶ Ἀρχίλοχος· Μάχης δὲ κ. τ. λ. Vehementius igitur desiderium Archilochus apta similitudine sitientis illustrat, cuius bibendi cupiditati vix alia par esse invenitur. Sic Aeschyl. Agam. 909. Κάλλιϛον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος Ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος. Meleager Epigr. X. Διψῶν ὡς ἐφίλησα θέρευς ἀπαλόχροα παῖδα, ubi vide Iacobs Animadv. T. I. p. 26. Unde et ipsum verbum διψᾷν per translationem Graecis

est vehementer desiderare. Brodaeus Miscell. L. VI. C. 17. „διψᾷν summopere cupere est. Artemidor. τὸ μὲν γὰρ διψᾷν οὐδὲν ἄλλο ἐϛὶν ἢ ἐπιθυμεῖν. Synesius: πῶς οἴει με διψῶντα ταῖς ἡδίϛαις ἐπιϛολαῖς ἐντετυχηκέναι. Latini sitire in eadem significatione usurpant. Cic. Philipp. 5. Sanguinem nostrum sitiebat. rursum pro Planco: Deinde sitientem me virtutis tuae deseruisti.“ Sic et Aelian. V. H. L. X. C. 16. Ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν, et L. XIV, 22. τὴν μοναρχίαν καταλῦσαι διψῶν. Himerius Orat. VI. §. 7. Ἰδὼν πόλιν ὅλην ἀρετῆς καὶ σοφίας διψῶσαν ἅπασαν (leg. ἁπάσης). Erycius Epigr. VI. Anal. T. II. p. 296. Ἔχει δέ σε δίψα γυναικῶν. ubi vid. Iacobs Vol. II. P. II. p. 357. et Vol. II. P. I. p. 233. Epigr. XXII. ad vers. 3. διψάδα πόρνην. Summus Germaniae poeta eleganter etiam hac translatione utitur:

Zwar sie hat nicht Bilder genug die unterste Hölle,
Meine Qualen dir ganz, so wie ichs dürste, zu zeigen.

et Libro XIII.

— — — doch dürsten, wir dürsten
Dich mit Wunden die strahlen zu sehn, den Sieger des Todes.

Ὡς ἐρέω — Sic plane Aeschylus Ἑπτ. ἐ. Θ. v. 394.

— — — μάχης δ' ἐρῶν
Ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων μένει.

XV.

Καὶ δὴ 'πίκουρος, ὥϛε Κάρης, κλήσομαι.

Adiutor equidem, sicuti Car, audiam.

Schol. ad Platon. Lachet. p. 43. in Anecdot. Graec. Siebenkeesii ad verba: Ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος. Ἐπὶ τῶν ἐπισφαλεςέρων καὶ ἐν ἀλλοτρίοις κινδυνευόντων. Κᾶρες γὰρ δοκοῦσι πρῶτοι μισθοφορῆσαι· ὅθεν καὶ εἰς πόλεμον αὐτοὺς προέταττον. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τοὺς μικροὺς ςρατιώτας τινὲς Καρίωνας προσηγόρευον. καὶ τὸ Ὁμήρου δὲ, ἐν Καρὸς αἴσῃ, ἐν τῷ τυχόντι τινὲς ἀκούουσι. μέμνηται αὐτῆς (τῆς παροιμίας) Ἀρχίλοχος λέγων· Καὶ δὴ ἐ. ὥ. Κ. κ.

Καὶ δὴ ’πίκουρος. Sic pro καὶ δὴ ἐπίκουρος edendum censui, ut dactylus in prima sede removeatur.

Κάρης, Κάρητος, ut Μάγνης, ητος, cuius usitatior forma Κὰρ, Καρός; nisi forte legendum sit ὥςε Κὰρ κεκλήσομαι. Hom. Il. γ. v. 138. φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις, et Hymn. in Ἑρμ. 229. Ἀρχὸς φιλητέων κεκλήσεαι ἤματα πάντα. Ceterum de Caribus eorumque μισθοφορίᾳ v. Strabon. L. XIV. p. 978. Οὗτοι δὲ καθ’ ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα μισθοῦ ςρατεύοντες. vid. fragm. 78.

XVI.

Τοῖον γὰρ αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν.

Quippe aula tali septo erat circumdata.

Schol. ad Homer. Villois. Odyss. IX. v. 90. p. 215. περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη — quorum verborum sensum esse ex Aristarcho ostenditur: τὸν Λαέρτου οἶκον περιέχεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ κλισίου κατὰ μέσον ᾠκοδομημένον, et significatio verbi περιθέειν hoc simili loco Archilochi probatur: οἷον καὶ Ἀρχίλοχος· Τοῖον γὰρ α. ἕ. ἀ. Theocrit. Epigr. I. περιδέδρομεν eodem sensu

utitur: Σακὸς δ' εὖ ἱερὸν περιδέδρομεν, ubi iuxta Vat. Cod. recte legi possit: ἕρκος δ' εὖ ἱερὸν περιδέδρομεν. unde εὐερκὴς, quod epitheton aulae apud Hom. et Hesiod. est. Iliad. ι. 468. et Odyss. φ. 388. κλήϊσσεν δ' ἄρ' ἔπειτα θύρας εὐερκέος αὐλῆς. Hesiod. πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς. Ipse Homer. talem aulam περίδρομον vocat Odyss. ξ. v. 5. Ἔνθα οἱ αὐλὴ

Ὑψηλὴ δέδμητο περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
καλή τε μεγάλη τε, περίδρομος.

item Il. ε. v. 728. vid. et Athenae. L. V. p. 189. Similiter Euripid. Helen. 437. Ἰδὼν δὲ δῶμα περιφερὲς θριγκοῖς τόδε.

XVII.

Οἴην Λυκάμβεω παῖδα τὴν ὑπερτέρην.

Solam Lycambae filiam minorem (amem).

Schol. ad Homer. Villois. Il. Λ. 785. — τέκνον ἐμὸν, γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς] ἡ διπλῆ, ὅτι Ἀρχίλοχος ὑπερτέραν τὴν νεωτέραν ἐδέξατο· Οἴην Λ. π. τ. ὑ. ἀντὶ τοῦ νεωτέραν. καὶ τὸ ἔτυμον ἀντιπίπτει. ὁ γὰρ ὑπερέχων κατά τι ἐστιν ὑπέρτερος.

XVIII.

Ἐσθλὴν γὰρ ἄλλην οἶδα τοιούτου φυτοῦ
Εἴκασιν. —

Nam talis aliam similitudinem bonam
Foetus scio. —

Schol. Theocrit. Idyll. β. v. 48. Ἱππομανὲς φυτόν ἐςι. ad quem versum observat, hippomanes non esse φυτὸν, sed φῦμα, id est σαρκίον φυόμενον γλοιῶδες ἐπὶ τοῦ μετώπου τῶν πώλων. ac paullo post addit: ἴσως φυτὸν αὐτὸ ἔφη Θεόκριτος οἱονεὶ φῦμα ἀπὸ τοῦ φύεσθαι ἐν τοῖς πώλοις. Λέγει γὰρ καὶ Ἀρχίλοχος· Ἐσθλὴν γ. ἄλλην κ. τ. λ. Casaubonus ad hunc locum notat: „φυτὸν exponamus φῦμα: φῦμα autem est πᾶν τὸ φυόμενον, ut ἀκρόαμα τὸ ἀκροώμενον et alia id genus. Ita ab aliis quoque reperies usurpatam vocem. Callim. de ferro loquens: Γειόθεν ἀντέλλων τι κακὸν φυτὸν, οἵ μιν ἔφηναν. Hesych. φυτοῦ· φύματος. respicit, nisi vehementer fallor, locum ipsum Archilochi, quem scholiastes profert.“ Adde Eurip. locum Med. 231. Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν. Etiam Aeschyl. Ἱκέτ. 296. huc trahi potest, qui de Danaidibus dicit: Καὶ Νεῖλος ἂν τρέψειε τοιοῦτον φυτόν.

Εἴκασιν. Hesych. Εἰκασία· ὁμοιότης.

XIX.

Πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ.

Ad parietem agitabantur obscuro in loco.

Harpocrat. v. Παλίνσκιον. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ὀργεῶνας· μήτε παλίνσκιον γίγνεσθαι τὸ χωρίον, ἀντὶ τοῦ σύσκιον. Ἀρχίλοχος τριμέτροις· Πρὸς τοῖχον κ. τ. λ. Hinc Suidas sua exscripsit v. Παλίνσκιον.

Πρὸς τοῖχον. Sic et Strato in re turpi Anal. T. II. epigr. 55. p. 372. τῷ τοίχῳ κέκλικας τὴν ὀσφύα τὴν περίβλεπτον.

Ἐκινήθησαν. κινεῖν esse verbum rei venereae et idem quod βίνειν, ex Aristophane Νεφ. 1100. 1375. Εἰρήν. v. 339. Βατρ. 550. etc. et multis epigrammatib. Anthol. ut Anal. T. I. p. 2. T. III. p. 336. et alias notum. Cf. Iacobs Animadv. Vol. III. p. 336. ubi hunc ipsum Archilochi versum adfert.

Ἐν παλινσκίῳ. Suid. Παλινσκίῳ· σκοτεινῷ· τὸ γὰρ πάλιν ἐπίτασιν δηλοῖ, ὡς παλιγκάπηλος, παλίμπρατος. Hom. Hymn. in Cerer. v. 6. Ἄντρον ἔσω ναίουσα παλίσκιον. De filiabus Lycambae etiam in hoc fragm. videtur sermo esse.

XX.

Προὔθηκε παισὶ δεῖπνον αἰηνὲς φέρων.

Epulum anteposuit luctuosum filiis.

Etymol. M. v. Αἰηνές· τὸ δεινὸν καὶ πολύστονον. Ἀρχίλοχος, Προὔθηκε π. δ. αἰ. φ. Vox αἰηνὲς autem ex sententia Etymologi παρὰ τὸ αἲ αἲ ἢ τὸ αἰώνιον ducitur, unde et duplex eius significatio, τοῦ αἰνὸς vel δεινὸς, et τοῦ αἰώνιος, et eadem vox est, quae alias αἰανὴς et αἰανὸς scribitur, mutato per Ionismum α in η. Aeschyl. Pers. v. 635. — ἱέντος τὰ παναίολ' αἰανῆ δύσθροα βάγματα, et 936. ἵετ' αἰανὴν καὶ πανόδυρτον δύσθροον αὐδάν. Luctuosam doloris et eiulationis plenam vocem interpretatur doct. Schützius, ubi idem quod αἰνὸς, δεινὸς est, et forte ab αἰνὸς quoque epenthesi τοῦ α factum. Sed alteram significationem τοῦ αἰώνιος habet apud eundem Eumen. 413. Ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν νυκτὸς

αἰανῆς τέκνα. v. 569. *πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον.* item 476, 940, 41. Hinc forte ab *ἀεὶ*, *αἰεὶ* derivandum.

Δεῖπνον αἰηνές. Quale hoc epulum intelligatur, dicere non habeo. Si *παῖδας* legeretur, de Atreo, qui Thyestae filios manducandos apposuit, sermonem esse contenderem.

Προὔθηκε — φέρων. Loquendi ratio etiam Homero usurpata, qua *φέρων παρέλκειν* videtur. Odyss. *η*. 172. *χέρνιβα δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα.* et *φ*. 365. *αὐτὰρ ὁ θῆκε φέρων αὐτῇ ἐνὶ χώρῃ.* Sic et Aristoph. Lysistr. v. 705. *πρὶν ἂν*

τοῦ σκέλους λαβὼν ὑμᾶς τις ἐκτραχηλίσῃ φέρων.

De quo idiotismo vide Viger. ex editione Zeunii p. 343.

XXI.

Ἴϛη κατ' ἠκὴν κύματός τε κἀνέμου.

Ad venti et undae terminos consistito.

(Brunck Anal. T. I. p. 47. fr. 41. Iacobs Vol. I. P. I. p. 175.)

Etymol. M. v. *ἠκή· ἡ ὀξύτης τοῦ σιδήρου· Ἀρχίλοχος· Ἴϛη κ. ἠ. κ. τ. λ.* cuius originem deducit *παρὰ τὸ ἥκω, τὸ πορεύομαι. ἠκὴ οὖν ἡ ὀξύτης παρατέμνουσα καὶ διὰ τμητῶν ἢ τμημάτων ἰοῦσα.* Idem v. *ἀκή*, ubi postrema verba *κύματος κυανέου* e priori loco, et vicissim initium prioris loci vitiosum *ἵϛηκα τ' ἠκὴν* ex posteriori corrigendum. Hom. Il. *χ*. 319. *ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος.*

Ἴϛη. Hunc locum Archilochi etiam schol. Aristophanis videtur respicere Νεφ. 633. *Ὥσπερ ἐν τοῖς εἰς ω*

τὸ τρίτον πρόσωπον τοῦ ὁριςικοῦ παρατατικοῦ δεύτερόν ἐςι προστακτικοῦ· οὕτω καὶ ἐν τοῖς εἰς μι σχηματίζουσιν οἱ Αἰολεῖς καὶ οἱ Ἀθηναῖοι· οἷον Ἵςη μετὰ κῦμα, ἀντὶ τοῦ ἵςαθι. Sed hic potius μέγα legendum ex illo Homeri Il. φ. 313. Ἵςη δὲ μέγα κῦμα, πολὺν ὀρυμαγδὸν ὄρινε. De re periculosa suscipienda poeta loqui videtur, dum iubet aliquem, ex sententia doct. Iacobs, ad ipsos undarum ventorumque fines (κατ' ἠκὴν κ. τ. κ.) accedere.

XXII.

Χαίτην ἀπ' ὤμων ἐγκυτὶ κεκαρμένος.

Comas ab humeris usque rasus ad cutem.

Etymol. M. v. Ἐγκυτί· ἐπίῤῥημα σημαῖνον τὸ ἐν χρῷ. Ἀρχίλοχος· Χαίτην κ. τ. λ. τουτέςι πρὸς αὐτῷ τῷ δέρματι παρὰ τὸ κύτος, ὃ καὶ σκύτος καλεῖται. Eundem usum huius vocis confirmat alio exemplo v. ἐν χρῷ· παρὰ τῷ Καλλιμάχῳ ἐγκυτὶ, ἐγγὺς τοῦ χρωτός· Τόδ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρσω· pro quo etiam Hegesipp. epigram. 5. Anal. T. I. p. 255. εἰς χρόα dicit: Παῖδές τ' εἰς χρόα κειρόμενοι.

XXIII.

Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροΐξεται.

At non habebit ille me ludibrio.

(Brunck Anal. T. I. p. 45. fr. 28. Iacobs Vol. I. P. I. p. 170.)

Etymol. M. v. Προΐκτης. Schol. Aristoph. ad Ἱππ. v. 433. Suid. v. καταπροΐξει, qui sua ex scholiaste sumsit, sed in utroque corrupte legitur εὖ δ' ἐκεῖνος pro ἐμεῦ. Vid. Toup. Opuscul. philolog. T. I. p. 211.

Καταπροΐξεται. Vim et etymologiam huius verbi exponit schol. Aristophanis l. c. Οὐ προῖκά μου καταφρονήσεις, τουτέστι, δωρεάν μοι ἐγχάνῃ, καταγελάσεις μου χωρὶς ζημίας. Προῖκα ἔλεγον ζημίαν. — — ἡ δὲ πρὸ ἀντὶ παρὰ προϊκνεῖσθαι. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἵξεσθαι, ὅ ἐστι δωρεάν τινα λαβεῖν. Ἡρόδοτος· Οὐ γὰρ δὴ ἐμέγε ὧδε λωβησάμενος καταπροΐξεται. Etymol. M. v. καταπροΐξασθαι. ἀπὸ τῆς προικὸς, ἣν διαιροῦντες οἱ Ἴωνες προῖκα λέγουσιν. ὥσπερ οὖν ἡ προὶξ δωρεὰν δίδοται, οὕτω φασὶν, οὐ δωρεάν με καταγνώσεταί τις, ἀλλ' ἀποδώσει μισθὸν ὧν ἔπραξε. Alii ab ἴσσω derivant. vid. fragm. 91. et quae doct. Iacobs de hoc verbo notat Vol. I. P. I. p. 170. Cl. Huschke Miscell. Philolog. p. 24, 25, in nota: „Multa alia is (Archilochus), ut solent eiusmodi ingenia, primus omnium dixisse videtur, quae deinde in communem linguae usum abierunt, ut verbum καταπροΐξασθαι in fragmento apud Etym. M. quod ad locum quem tractamus (nempe de fabulis ad Lycamben exagitandum) referri potest: Ἐμεῦ δ' ἐ. κ. τ. λ. id est, infidus Lycambes, ut coniecit Valckenarius ad Herodot. III. p. 213. Ad hunc versum scripserat vetus interpres, forte Aristarchus, quae nunc legimus in Etym. M. sub voce καταπροΐξασθαι. Nam in Etym. Ms. ubi idem scholium exstat, haec adiecta sunt: οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι ἐπῳδῶν Ἀρχιλόχου. Aristarchi ὑπομνήματα Ἀρχιλόχεια laudat Clemens Alexandr. Str. I. p. 326." Cf. Commentar. §. VII. not. 1.

XXIV.

Μετέρχομαί σε, σύμβολον ποιουμένη.

Te accedo supplex, omen esse existimans.

Schol. Pindar. Olymp. 12. v. 10. Σύμβολον δ' οὔπω τις — — — Φιλόχορος δὲ τὰς ἐκ Φήμης μαντείας, τουτέςι κληδόνας καὶ πταρμοὺς ἢ φωνὰς ἢ φήμας ἢ ἀπαντήσεις σύμβολα φησὶ λέγεσθαι, ὡς Ἀρχίλοχος· Μετέρχομαι κ. τ. λ.

Μετέρχομαι notione precandi vel supplicandi hic adhibitum videtur. Hesych. μετέρχομαι· ἱκανῶς ἱκετεύω, ἱλάσκομαι. Poeta loquitur, credo, de femina, quae ad Deum Deamve aut hominem accesserit ei supplicandi aut rogandae alicuius rei causa, omine vel augurio quodam mota vel monita.

Σύμβολον ποιουμένη. Ποιοῦμαι idem hic quod ἡγέομαι. Sic Herodot. L. VIII. 91. οἰωνὸν τὸ ὄνομα ποιούμενος. Alias etiam πρὸς οἰωνὸν τίθεμαι dicunt. Athenae. L. I. p. 13. E. et Casaub. in comment. L. I. C. XI. p. 22, 34. Σύμβολον omen ex quacunque re insueta et ex improviso cccurrente captum. Sic ea quae in itinere fausta vel infausta occurrunt, Aeschylus vocat ἐνοδίους συμβόλους Prometh. 487. eorumque inventorem Prometheum facit. Fusius hac de re agit Spanheim ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 123. Aristoph. Schol. Ὀρν. v. 722. — Συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας, καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. ξυμβόλους δὲ καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. Himer. Or. III. §. 16. χρησὰ δὲ ἐπαγγέλλῃ συμβόλοις αἰσίοις τὰ μέλλοντα.

XXV.

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται.

Sed alius aliis rebus animum recreat.

(Brunck Anal. T. I. p. 45. fr. 35. Iacobs Vol. I. P. I. p. 171.)

Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 739, 20. Ἀρχιλόχου δὲ ὁμοίως εἰρηκότος, Ἀλλ' ἄλλος ἄ. κ. ἰ. παρὰ τὸ Ὁμηρικὸν, Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις (Odyss. ξ. 228.). Item Sext. Empiricus L. XI. p. 699, 4. contra Mathemat. hunc locum ex memoria adfert sic: Ἄλλος ἄλλῳ ἐπ' ἔργῳ καρδίην ἰαίνεται. ubi recte tamen καρδίην loco κραδίην, quod in Clemente est, legitur.

Ἰαίνεται. Cf., quos ad hoc verbum citat Iacobs l. c., Hemsterhusium ad Hesychium v. ἰαίνεσθαι T. II. p. 4. et Valckenar. ad Herodot. I. 18. p. 22, 26. Gataker. ad M. Antonin. VIII. p. 253. Ceterum haec phrasis, καρδίην, φρένα, θυμὸν, ἦτορ, φρεσὶν ἰαίνεσθαι iam inde ab Homero poetis admodum usurpata. Il. τ. 74. σὺ δὲ φρεσὶν ᾖσιν ἰάνθῃς. Odyss. χ. 59. εἰσόκε σὸν κῆρ ἰανθῇ. et Hymn. in Cer. v. 65. ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ κραδίην καὶ θυμὸν ἴηνα. Anacr. Ode 39.

XXVI.

Κάτ' οἶκον ἐςρωφᾶτο δυσμενὴς βάβαξ.

Blatero inimicus circumibat in domo.

Orion Thebanus in Etymol. Ms. a Ruhnkenio citatus in Auctario Hesychii ad vocem βάβαξ p. 670. βάβαξ· ὁ λά-

λος. 'Αρχίλοχος· Κατ' οἶκον κ. τ. λ. 'Εκ τοῦ βάζω, βάξω βὰξ ὄνομα, διπλασιασμῷ βάβαξ. Et hinc Etymol. M. corrigendum esse monet, ubi mendose legitur: 'Αριςοφάνης· Κατ' οἶκον ἐςρωφᾶτο μισητός. . . .

XXVII.

Τρίαιναν ἐσθλὴν καὶ κυβερνήτης σοφός.

Sapiens tridentem quoque gubernator bonum (f. tenens).

Ammonius Herm. in quinque voces Porphyrii Commentar. p. 9. de philosophia agens: Ὁ μέντοι Πυθαγόρας φησὶν, ὅτι φιλοσοφία ἐςὶ φιλία σοφίας, πρῶτος τῷ παρὰ τοῖς παλαιοτέροις ἐπιςὰς ἁμαρτήματι. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι σοφὸν ὠνόμαζον τὸν ἥντινα οὖν μετιόντα τέχνην, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ 'Αρχίλοχος λέγων· Τρίαιναν ἐ. κ. κ. σ. pergit deinde: καὶ ὁ ποιητής· ἐπεὶ σοφὸς ἤραρε τέκτων. καί· εὖ εἰδὼς σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν 'Αθήνης (Il. ο. 412.). Fragmentum hoc sententiam non efficit, quippe e medio contextu carminis sine verbo finito excerptum. Forsitan sermo fuit de Neptuno, quem Aristophan. Νεφ. 567. τὸν μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν vocat, et qui, dum naves placido mari ad portum deducit, etiam κυβερνήτης σοφὸς dici potuit. Aeschyl. his ipsis verbis utitur Suppl. 783. Φιλεῖ

'Ωδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.

Symbolum Neptuni autem tridens. Id. Suppl. 233. 'Ορῶ τρίαιναν τήνδε σημεῖον θεοῦ. et Homer. Il. μ. 27. Αὐτὸς δ'

Ἐννοσίγαιος ἔχων χείρεσσι τρίαιναν Ἡγεῖτο. Fortassis poeta dixit: —

Χερσὶ δὲ ὁ Ποσειδάων ἔχων
Τρίαιναν ἐσθλὴν καὶ κυβερνήτης σοφὸς
Ἡγεῖτο τοῦ πλοῦ. — — —

XXVIII.

Παῖδα Ἄρεω μιηφόνου.

Mavortis cruenti filium.

Eustath. Il. ε. T. I. p. 518. ad v. 31. Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε. — Ἡρωδιανὸς οὖν φησιν, ὅτι πλείοσι κλίσεσιν ὁ ἄρης κέχρηται. καὶ γὰρ καὶ ἰαμβικὸν μὴ ἔχον ἐπ' εὐθείας τὸ τ περιττοσύλλαβον ἔχει τὴν γενικὴν, ἄρης, ἄρητος, ὅθεν Ἀρητιάδης παρ' Ἡσιόδῳ πατρωνυμικὸν καὶ Ἀρετίων ὑποκοριςικόν. κλίνεται δὲ ὡς σπονδειακὸν, ἄρης, ἄρου, ὅθεν κατ' ἰάδα διάλεκτον ἐπεκτείνας Ἀρχίλοχος ἔφη· Παῖδα Ἄ. μ. — Notationem vero huius nominis Plutarchus ex Chrysippo hanc adfert Ἐρωτικ. T. IX. p. 33. Ὁ δὲ Χρύσιππος ἐξηγούμενος τοὔνομα τοῦ θεοῦ κατηγορίαν ποιεῖ καὶ διαβολὴν, ἀναιρέτην (ex emend. Reiskii) γὰρ εἶναι τὸν Ἄρην φησὶν, ἀρχὰς διδοὺς τοῖς τὸ μαχητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ διάφορον καὶ θυμοειδὲς Ἄρην κεκλῆσθαι νομίζουσιν. Poeta forte de Cycno Martis filio locutus est, quem Hercules occidit. Hesiod. Ἀσπ. v. 57. Ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνεν Ἀρητιάδην μεγάθυμον.

XXIX.

Νίκης δ' ἐν θεοῖσι πείρατα.

Posita est in diis victoria.

(Brunck Anal. T. I. fragm. 32. Iacobs Vol. I. P. I. p. 171.)

Clem. Alexandr. Str. VI. 738, 25. Ἔτι κἀκεῖνο μεταφράζων (Ἀρχίλ.), Νίκης δ' ἀνθρώποισι θεῶν ἐκ πείρατα κεῖται, διὰ τοῦ ἰάμβου δῆλός ἐςι νέους θαῤῥῦναι· Νίκης δ' ἐ. θ. π. Partem vero senarii, ut ipse Clemens indicat, esse apparet, forte sic supplendi: Νίκης δ' ὕπερθεν ἐν θεοῖσι πείρατα, vel: Νίκης δ' ἔχονται ἐν θ. π. iuxta Homerum Il. ζ. v. 102. Αὐτὰρ ὕπερθεν Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. Ceterum vocem πεῖρας, πείρατα, Graecis etiam circumlocutioni inservire, notum est. Homer. ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται pro ὄλεθρος ἐφῆπται. Odyss. ε. 287. Ἐκφυγέειν μέγα πεῖρας ὀϊζύος. Sicut et τέλος (vide fragm. 51.) et τέρματα. Aeschyl. Eum. 743.

Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ' ἢ φάος βλέπειν.

TETRAMETRORUM
FRAGMENTA.

XXX.

Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐςιν, οὐδ' ἀπώμοτον,
Οὐδὲ θαυμάσιον· ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ 'Ολυμπίων
'Εκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ', ἀποκρύψας φάος
'Ηλίου λάμποντος· λυγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώ-
πους δέος.
'Εκ δὲ τοῦ οὐκ ἄπιςα πάντα κἀπίελπτα γἴνεται
'Ανδράσιν· μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω,
Μηδ' ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψονται νομὸν
Εἰνάλιον, καί σφι θαλάσσης ἠχήεντα κύματα
Φίλτερ' ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὄρος.

Versio Grotii p. 460.

Nil supra spem collocatum est, nil futurum
quod neges,
Nil quod admirere: quippe coelitum summus pater
Noctis excivit tenebras in mero meridie,
Sole se condente magno cum metu mortalium.
Inde nil sperare vetitum, nil quod exsuperet
fidem.

Nulla iam miranda nobis amplius spectacula;
Nec suas si forte delphin horrido migrans mari
Cum feris mutet latebras, hisque telluris solo
Carius sit aequor, illum celsa delectent iuga.

(Brunck Anal. T. I. p. 43. fr. 18. Iacobs Vol. I. P. I. p. 160.)

Stobaeus Serm. CIX. περὶ ἐλπίδος. Aristoteles initium huius fragmenti habet Rhetor. L. III. c. 30. ὡς καὶ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ· Χρημάτων δ' ἄ. οὐ. οὐ. ἐ. ἀ. Unde apparet, Aristotelem memoria lapsum retulisse ad iambos versum, qui tetrameter trochaicus est, eumque sic constituisse:

— — — — — χρημάτων
Δ' ἄελπτον οὐδέν ἐςιν, οὐδ' ἀπώμοτον.

Nisi forte cum doct. Iacobs ex alio carmine haec desumta esse statuas, quia, quae Aristoteles de causa et occasione huius carminis tradit, non appareat, quomodo nostro loco conciliari possint. l. c. — Sed cur mirum videatur, ex fragmento de his satis certo iudicari non posse aut nexum et consecutionem totius sensus non perspici? Neque etiam copioso Archilochi ingenio convenire videtur, ut eadem iisdem verbis in alio carmine repetat.

V. 1. ἄελπτον οὐδέν ἐςιν, οὐδ' ἀπώμοτον. Simili sensu Eurip. Ion. v. 1510. μηδεὶς δοκείτω μηδὲν ἀνθρώπων ποτὲ Ἄελπτον εἶναι πρὸς τὰ τυγχάνοντα νῦν.

Ἀπώμοτον, ὃ ἄν τις ἀπομόσειε γεγονέναι ἢ μὴ γενέσθαι. Ἔνιοι δὲ ἀνέλπιςον. Etym. M. Plura auctorum loca, qui praeeunte Archilocho his verbis ἄελπτον καὶ ἀπώμοτον usi sunt, adfert Iacobs l. c.

V. 2. ἐπειδὴ pro ἐπειδὰν a Brunckio repositum, quia illud indicativus postulabat.

V. 3. Ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ' κ. τ. λ. Eclipses sive obscurationes solis et lunae veteribus infausti ominis fuisse ex multis auctorum locis et exemplis apparet. Hom. Odyss. υ. 351. Aristophan. Νεφ. v. 512. Liv. L. 44. c. 37. Plutarch. de facie in orbe lunae T. IX. p. 680. hunc ipsum locum Archilochi respicit: Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον (ἥλιον Iacobs).

V. 4. Ἡλίου λάμποντος, λυγρὸν — —. Cum in tertia sede spondeus sit, Valckenar. ad Phoeniss. p. 487. ὑγρὸν legendum esse censet; Iacobs vero etiam imparibus tetrametrorum sedibus spondeos interdum adhiberi observat, ut Hermannus etiam de Metris p. 118. ostendit.

V. 5. Ἐκ δὲ τοῦ οὐκ ἄπιςα πάντα κἀπίελπτα γίνεται. Οὐκ ἄπιςα i. e. πιςὰ γίνεται πάντα. Sic Aeschyl. Ἑπτ. ἐ. Θ. v. 911. Διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφία φίλοις, i. e. μέμψις vel μομφὴ παρὰ φίλοις ἐςίν. Sed cum dactylus in sede impari potius comicis in usu sit, et illa structurae ratio durior videatur, Valckenar. l. c. corrigit: ἐκ δὲ τοῦδ' ἄπιςα πάντα κἀπίελπτα γίνεται, quod tamen Iacobs propter copulam in ἐπίελπτα improbat et sic olim scriptum fuisse censet: Ἐκ δὲ τοῦδ' ἅπαντα πιςὰ κἀπ. γ. Sed si locus emendatione eget, legendum potius putem:

Ἐκ δὲ τοῦ καὶ πιςὰ πάντα κἀπιέλπτα γίνεται.

Ex hoc tempore et credi et sperari iam possunt omnia, quae scilicet alias ἄελπτα, ἀπώμοτα καὶ θαυμάσια erant. Ex hac emendatione etiam apparet, quomodo ex τοῦκαὶπιςὰ oriri potuerit τοῦοὐκἄπιςα. Simile quid habet

Aristophan. Βατράχ. 149.

Ὅταν τὰ νῦν ἄπιςα πίσθ' ἡγώμεθα,
Τὰ δ' ὄντ' ἄπιςα πιςά.

V. 7. Μηδ' ἵνα δελφῖσι. Valckenar. et Brunck μηδ' ἐὰν rescribi iubent, metro et proprietate sermonis id postulante. Iacobs his ἀπίςοις vel ἀδυνάτοις confert Horatii loca L. I. Od. 2. 7. Omne quum Proteus pecus egit altos Visere montes. Epod. XVI. 8. Ruffini Epigr. XIV. v. 5. Anal. T. II. p. 393. Vide Animadvers. Vol. II. P. II. p. 163, ubi Delphinum in sylvis de rebus incredibilibus fere paroemiace post Archilochum ab auctoribus dici observatur.

V. 8. Ἐνάλιον, sic Gesner in edit. 1549. et Grot. p. 461. alias εἰνάλιον.

Θαλάσσης ἠχήεντα κύματα. Epitheton Homericum maris. Il. α. Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα. ἠχήεντα spondeum in impari sede licita correptione excusari iudicat Hermannus de Metris p. 118.

V. 9. Τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὄρος. Valckenar. l. c. τοῖσι δ' ἥδιόν γ' ὄρος, pro quo Iacobs, ut illud γ', molestum versus fulcrum, evitetur, mavult: τοῖσιν ἥδιον δ' ὄρος, cum particula δὲ, ut Abreschio docente ad Aeschyl. L. II. p. 18, 392, et in Lection. Aristaen. 252. monet, non semper secundo, sed etiam pluribus vocabulis subiiciatur. Sic ipse Archilochus infra fragm. 94. Ὀγμὸς κακοῦ δὲ γήραος καθήκει.

XXXI.

Θυμὲ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσι κυκώμενε,
Ἄνεχε, δυσμενῶν δ' ἀλέξευ προσβαλὼν ἐναντίον
Στέρνον, ἐν δοκοῖσιν ἐχθρῶν πλησίον καταςαθεὶς

Ἀσφαλέως· καὶ μήτε νικῶν ἀμφάδην ἀγάλλεο,
Μηδὲ νικηθεὶς ἐν οἴκῳ καταπεσὼν ὀδύρεο.
Ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
Μὴ λίην· γίγνωσκε δ' οἷος ῥυθμὸς ἀνθρώπους ἔχει.

Versio Grotii p. 104.

Anime noster, anime iam nunc aestuans cura gravi,
Fortis obdura, atque in hostes obvium pectus ferens
Imminentes inter hastas pone securum pedem;
Nec data nimium feroci, si datur, victoria;
Nec, secus si quid ciciderit, stratus in luctum, iace,
Cum modo laetare felix, cum modo infelix dole,
Qui, videns, quantique casus res agant mortalium.

(Grot. p. 104, 105. et in not. p. 526. Brunck Anal. T. I. p. 42. fr. 14. Iacobs V. I. P. I. p. 158. et Vol. III. P. III. p. 388. seq.)

Stobaeus sermone XX. περὶ ὀργῆς p. 170. Primum versum etiam habet Dionys. Halicarn. T. II. p. 16. sine nomine auctoris.

V. 1. Θυμὲ — ἀμηχάνοισι κήδεσι. Schol. Il. θ. v. 130. ἀμήχανα ἔργα — πρὸς ἃ οὐκ ἄν τις σχοίη μηχανὴν εὑρεῖν, ἐξ οὗ δεινὰ καὶ χαλεπά. Sic et Theognis animum alloquitur v. 997. Τόλμα, θυμὲ, κακοῖσιν, ὅμως ἄτλητα πεπονθώς.

Κυκώμενε. κυκᾶν proprie agitando miscere. Il. λ. 638. de potu, qui ab Hecamede Nestori paratur et hinc

etiam κυκεὼν dicitur: Ἐν τῷ ῥά σφι κύκησε γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν Οἴνῳ Πραμνείῳ. de lacte Il. ε. 903. μάλα δ' ὦκα περιςρέφεται κυκόωντι. Hinc perturbare, vel conturbare, quod agitando fit, de undis fluvii Il. φ. v. 240. Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα κυκώμενον ἵςατο κῦμα. et ibid. v. 135. de mari, cuius exemplum Iacobs ex Longin. C. III. adfert. Theodorid. epigram. Anal. T. II. p. 41. Ὑπ' Ὠρίωνι κυκηθεὶς Πόντος. Inde de aliis rebus adhibetur. Il. σ. 229. de pugnantibus: Τρὶς δ' ἐκυκήθησαν Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι. de equis Il. υ. v. 489. κυκήθησαν δέ οἱ ἵπποι. et λ. v. 129. Tandem transfertur ad morbos curasque, quibus corpus et animus perturbatur. Exemplum prioris translationis adfert Iacobs l. c. ex Solone: τὸν δὲ κακαῖς νόσοισι κυκώμενον; posterioris vero hic ipse locus exemplum est.

V. 2. Ἄνεχε. Gesner Ἐνάδευ: in Grotii cod. ἀνὰ δὲ εὖ. Sed aliud quid latere suspicatur Iacobs l. c. quam ἄνεχε, quod coniecturae Gesneri tribuit. Improbat tamen etiam correctionem Ilgenii (Scol. Graec. p. 189. n. XXXVI.) Ἔναγε legentis, quia significatio, quam hic loci eius esse vult, exemplis non stabilitur; neque Purgoldi emendationi (Observat. Crit. p. 292.) acquiescit, qui ex corrupta lectione haec eruit:

Δυσμενοῖς ἐνάλλευ, προσβαλὼν δ' ἀλέξευ 'ναντίον
vel ἀντίον.

Nam durior et violentior haec emendatio est. Mihi videtur corruptis illis lectionibus interiectio sive formula adhortandi subesse, qua poeta animum ad fortiter perferendum excitat. Hinc forsitan legendum sit vel Ἄγε δή. Hom. Il. α. 62. Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν. Aeschyl. Eum. 302. Ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἅψωμεν. Aristoph. Ὄρν. 434. Ἄγε δὴ σὺ καὶ σὺ τὴν πανοπλίαν κ. τ. λ.

Vel etiam Ἄνα δὲ, ut Homerus Ἀλλ' ἄνα ad exhortandum adhibet Il. ι. v. 247. Odyss. σ. 13. Eurip. Τρωάδ. v. 98. Ἄνα δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλὴν ἐπάειρε.

V. 3. Ἐν δοκοῖσιν pro δοκοῖς, quod in textu Gesneri, et pro δόκοισιν, quod in margine est, primum a Grotio repositum p. 526.

V. 4. ἀσφαλέως Gesner. Ceteri ἀσφαλῶς. Sed illud Ionicae dialecti est, qua usus est Archilochus. ἀσφαλέως καταςαθεὶς autem is dicitur, qui ad sustinendum vel faciendum impetum compositus firmo gradu consistit, et convenit cum Homerico εὖ διαβὰς, atque ab Archilocho etiam μάλ' εὖ βεβηκὼς fragm. 32. et ἀσφαλέως βεβηκὼς fr. 33. dicitur. Tyrtaeus Eleg. I. Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι Στηριχθείς, i. e. ἀσφαλέως καταςαθείς. vide Klotz. p. 70. et 71.

Ἀμφάδην. Gesn. in margine ἐμφάδην. Homerus ἀμφαδὸν usurpat Il. ι. v. 369, 70. τῷ πάντ' ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω, Ἀμφαδόν.

V. 5. ἐν οἴκῳ καταπεσὼν ὀδύρεο. Elegans est correctio Ilgenii ἐν οἴκτῳ legentis; sententiam tamen satis commodam ἐν οἴκῳ efficit, quod priori ἀμφάδην opponitur. Sicut nimirum ei, qui prospera fortuna utitur, palam gloriandum et laetandum non est, ita eum quoque, qui rebus adversis oppressus est, non decet domi inclusum et consortium hominum fugientem humique prostratum lamentari et luctu confici. Aristophan. Νεφ. 126. Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι, i. e. ἀθυμήσω. Sic etiam fragm. 22. eos, qui magnis calamitatibus obnoxii sunt, poeta dicit μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί.

Καταπεσών. Si quis iambum mavult, καππεσὼν Homeri exemplo defenditur Il. ν. v. 550. ἐν κονίῃσιν κάππεσεν.

V. 6. *χαρτοῖσίν τε.* Sic Grot. et Brunck. — Χαρτοῖσί τε Gesner, qui etiam ἄσχαλλε contra metrum habet. In MS. Grotii αἴσχαλλε, pro quo metri causa ἀσχάλα ab ipso repositum. Sic et Homerus Il. β. v. 297. Odyss. τ. v. 19. Ἀσχαλάα δὲ παῖς βίοτον κατεδόντων. Moschus Idyll. IV. v. 70, 71.

V. 7. *Ῥυθμὸς* Gesner in margine habet; in contextu vero ῥυσμὸς, quae tamen vox huius loci esse non potest, formam vel figuram significans, Abderitis propria et Democrito usurpata. Suidas v. ῥυσμός. Hesych. v. ἀμειψιρυσμεῖν. Ῥυθμὸς autem est κανὼν, μέτρον, τρόπος, quae posterior significatio optime huc facit. Eam illustrat Iacobs exemplo ex Anacreonte. Etymol. M. v. ἀβακής· Μισέω δ' ἔγωγε πάντας, οἳ χθονίους (σκολιοὺς Iac.) ἔχουσι ῥυθμούς. Adde Theogn. v. 941 et 42, qui cum τρόπος coniungit: Μή ποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν ἴδῃς ἄνδρα σαφηνῶς, Ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅςις ἂν ᾖ. Unde μεταῤῥυθμίζειν de mentis et morum formatione dicitur. Meleag. epigr. XII. Φρενῶν πνεῦμα μεταῤῥυθμίσας Ἵλαος πλάσσοι τὸν ἐμὸν τρόπον. Euripidi ῥυθμὸς idem ac τρόπος, modus, est. Electr. 772. τίνι ῥυθμῷ φόνου Κτείνει Θυέςου παῖδα.

Ex hoc fragmento doct. Iacobs expressa putat illa Horatii L. II. Od. 3.: Aequam memento rebus in arduis servare mentem etc. Sed haec sententia de fortuna secunda et adversa moderate ferenda pluribus auctoribus communis est. Theogn. 665. Μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα, μηδ' ἀγαθοῖσι Χαῖρ', ἐπεὶ ἔς' ἀνδρὸς πάντα φέρειν ἀγαθοῦ. Isocrat. ad Demonic. Νόμιζε μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυςυχῶν περίλυπος. Theobul. apud Stobaeum

p. 570. τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως πειρῶ φέρειν καὶ μήτε εὐτυχῶν ὑπερήφανος ἔσο, μήτε ἀπορῶν ταπεινός.

XXXII.

Τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
Ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί·
Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κλίνουσ'· ἔπειτα πολλὰ γίνεται κακὰ,
Καὶ βίου χρήμῃ πλανᾶται, καὶ νόου παρήορος.

Versio Grotii 436.

Quidquid est, adscribe divis: saepe qui lapsu gravi
Erigunt pressos, et atro sordidatos pulvere;
Saepe resupinant putantes stare se firmo gradu,
Unde densa se malorum proferunt examina,
Et miser palatur orbus consilì, victus egens.

(Grot. p. 437. not. 555. Brunck Anal. T. I. p. 43. fragm. 13. Iacobs Vol. I. P. I. p. 159.)

Stobaeus Sermon. CIII. p. 559.

Τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα. Ita Grotius, quem Brunck sequitur. In Stobaeo Gesneri est τίθει πάντα. Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. p. 246. τοῖς θεοῖσι πάντα τίθει, quod tamen metro repugnat. Si quem articulus ante πάντα offendit, vel transpositis verbis cum cl. Ilgen legat: πάντα τοῖς τίθει θεοῖσι (Scol. nr. 37. p. 193.),

vel potius, ut doct. Iacobs emendat: τοῖς θεοῖς τιθεῖν ἅπαντα, infinitivo pro imperativo, ut saepe fit, posito. Animadv. Vol. III. P. III. p. 389. Idem adfert similes huius loci sententias, Xenoph. Cyrop. II. 12, et inde quoque illud Horatii sumtum esse iudicat L. I. od. 9, 9. Permitte divis cetera. Adde Xenoph. Anabas. III. c. 2, 10. Οἵπερ (οἱ θεοὶ) ἱκανοί εἰσι καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται. et Horat. L. I. od. 34, 12.

Valet ima summis
Mutare et insignem attenuat deus
Obscura promens. Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

Sed fundus huius sententiae iam in illis Homeri versibus est Odyss. π. 211, 12.

Ῥηΐδιον δὲ θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
Ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν ἠδὲ κακῶσαι.

Quem secutus est Hesiodus Ἔργ. v. 5. de Iove:

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει.

Πολλάκις μὲν. Grotius γὰρ pro μὲν exhibet.

V. 2. Ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί. Sic Grot. In Gesneri edit. ὀρθοῦσι. Exempla eius moris, quo, gravibus casibus tristitiaque oppressi, humi prostrati lugent, apud auctores passim occurrunt. Il. σ. v. 26. de Achille, adlato nuncio de morte Patrocli:

Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωςὶ τανυσθεὶς
Κεῖτο, φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ἤσχυνε δαΐζων.

Sic Priamus interfectum ab Achille Hectorem luget

κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, sic Hecuba suos suorumque adversos casus, et dum Talthybius eam quaerit, chorus respondet: Αὕτη πέλας σου νῶτ᾽ ἔχουσ᾽ ἐπὶ χθονὶ, Ταλθύβιε, κεῖται συγκεκλεισμένη πέπλοις Hec. v. 486. et 96. de eadem: ἐπὶ χθονὶ Κεῖται κόνει φύρουσα δύςηνον κάρα. Curtius de Sysigambi L. X. C. V. Ad Darii quoque matrem (fama de morte Alexandri) perlata est. Abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit, laceratisque crinibus humi corpus abiecit.

V. 3. Καὶ μάλ᾽ εὖ βεβηκότας. Vid. fragm. 28. not. 4. „Illustrat hoc dicendi genus T. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 278. et ad Herodoti verba τὴν τυραννίδα εὖ βεβηκυῖαν Valckenar. L. VII. p. 581. 12." Iacobs.

V. 4. Ὑπτίους κλίνουσι. Sic Brunck. pro κινοῦσι, ut et Valckenar. l. c. et ad Phoeniss. p. 564.

V. 5. Καὶ βίου χρήμῃ — — παρήορος. χρήμῃ pro χρὴ μὴ, quod in contextu Gesneri est, aut pro χρήζων, quod in margine proponitur, et a Brunckio adsumtum est, emendavit Abresch Dilucidat. Thucyd. p. 778. Est autem χρήμη iuxta Suidam χρεία καὶ σπάνις.

Πλανᾶται. Homer. Odyss. ο. 342. πλαγκτοσύνης δ᾽ οὐκ ἔςι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. A Leonida Tarentino talis miserorum vita ep. 100. Anal. T. I. τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος dicitur.

Νόου παρήορος. Ad hanc vocem explicandam advocat Iacobs Valckenar. l. c. p. 247. παρήορος conferentem cum Homericis Il. ψ. 603. ἐπεὶ οὔτι παρήορος οὔτ᾽ ἀεσίφρων. Ipse Archilochus verbo παρήειρε in hunc sensum utitur fragm. 63. τίς σὰς παρήειρε φρένας; Ilgen l. supra cit. παρήορος sine iota subscripto esse adhibendum contendit.

XXXIII.

Οὐ φιλέω μέγαν ϛρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπλιγμένον,
Οὐδὲ βοϛρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον.
'Αλλά μοι μικρός τις εἴη, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
'Ροικὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ, καρδίας πλέως
Καὶ ἐπινοήμασιν δασύς.

Non ducem magnum graduque saltitante amaverim
Nec comis superbientem, cuique barba rasa sit;
Sed mihi sit ille parvus stansque varis cruribus
Pedibus insistensque firmis, plenus animorum simul,
Et sagaci mente pollens — — —

(Brunck Anal. T. I. p. 41. fr. 9. Iacobs Vol. I. P. I. p. 155.)

Galenus T. V. p. 618 et 630. Dio Chrysost. p. 399. Schol. Theocrit, ad Idyll. IV, 49. Brunck hos versus in dimetros trochaicos dispescuit, non tamen ubique satis accuratos. Iacobs tetrametros restituit, in quos iam, ut ipse notat, D. Heinsius in Lection. Theocrit. C. VIII. p. 323. et Valckenar. in Diatribe p. 253. B. eos redegit.

V. 1. Διαπεπλιγμένον. Galen. T. V. 630. habet διαπεπηγμένον, Dio Chrys. διαπεπλεγμένον. Unde T. Hemsterh. primus ad Hesychium voc. διαπεπλίχθαι restituit διαπεπλιγμένον, T. I. p. 959. Διαπεπλίχθαι autem est iuxta Hesychium διηλλάχθαι τὰ σκέλη καὶ δια-

βαίνειν, diductis aut divaricatis cruribus stare vel incedere, vel, ut Iacobs explicat, inter eundum pedes alte tollere et veluti saltantem et rhythmice incedere. Hinc idem Hesychius: Διαπέπλιχε· διαβέβηκε. Πλίξαντα· διαβάντα. Πλίσσοντο· διέβαινον, quod Odyss. ζ. 318. occurrit: Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν. schol. διέβαινον. Eustath. τὸ δὲ πλίσσειν λέξις μέν ἐϛιν ἰωνικὴ, κατὰ δὲ τοὺς πλείονας δωρική. δηλοῖ δὲ τὸ βηματίζειν καὶ μεταφέρειν σκέλος παρὰ σκέλος, ὅθεν καὶ πλὶξ τὸ βῆμα, τὸ δ' αὐτὸ καὶ πλίγμα· καὶ πλίξας ὁ βηματίσας. Ita D'Arnaud in Observat. Unde ἀποπλίσσεσθαι. Aristophan. Acharn. v. 217. Οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἀπεπλίξατο. schol. ἀπεσείσατο, ἀπέφυγεν. πλὶξ γὰρ τὸ βῆμα, καὶ πλίγματα τὰ πηδήματα. Archilochus igitur significat, a se ducem non amari aut probari, qui gradu quasi athletarum more composito, quorum certamen ostentationi comparatum est, vel etiam more saltantium consistat, aut ὕψι βιβὰς, ut Homerus ait, incedat. Talis erat dux ille Othryoneus ad Troiam, et ostentator, qui promisit Priamo, Graecos a se Troia expulsum iri, quem deinde Idomeneus interfecit: καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα τυχών. Il. ν. 372. De talibus ducibus loquitur Plutarchus T. IX. p. 150. An seni sit gerenda respublica: Καὶ πολλάκις κατάγουσαι γέροντα μὴ δεόμενον μηδὲ βουλόμενον ἠνάγκασαν, ὥσπερ οἰάκων ἐφαψάμενον εἰς ἀσφαλὲς καταϛῆσαι τὰ πράγματα, παρωσάμεναί τε ϛρατηγοὺς καὶ δημαγωγοὺς βοᾶν μέγα καὶ λέγειν ἀπνευϛὶ καὶ νὴ Δία τοῖς πολεμίοις διαβάντες εὖ μάχεσθαι δυναμένους. ubi potius legerim εὖ διαβάντες, ut apud Homerum. Idem T. I. p. 119. ad princip. inerudit. de statuariis: Οἳ νομίζουσι μεγάλους καὶ ἁδροὺς φαίνεσθαι τοὺς κολοσσοὺς, ἂν διαβεβηκότας σφόδρα καὶ δια-

τεταμένους καὶ κεχηνότας πλάσσωσι — οἱ τὴν ἔξωθεν ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες ἐντός εἰσι γῆς μεστοὶ καὶ λίθου καὶ μολύβδου. Tali colosso similem ducem videtur etiam Archilochus indicare.

V. 2. habet Dio Chrys. deest in Galeno. „βοστρύχοισι γαῦρον, quem etiam διαβεβοστρυχωμένον vocavit, teste Polluce L. II. p. 27. (vid. fragm. 142.) Menelaum (virtute bellica aliis heroibus inferiorem) Euripides flavis cincinnis superbientem facit. Orest. v. 1532. Ἴτω ξανθοῖς ἐπ' ὤμων βοστρύχοις γαυρούμενος." Iacobs. Idem de Parthenopaeo in Phoeniss. 147. τίς δ' οὗτος ἀμφὶ μνῆμα τοῦ Ζήθου περᾷ Καταβόστρυχος; — Hector etiam in Iliad. γ. 53. 54. Paridem coma superbientem increpat.

V. 3. Ἀλλά μοι μικρός τις εἴη. — Dio Chrysost. ἀλλά μοι εἴη — et omissis reliquis ad quartum versum transit. Galenus T. V. p. 618. ἀλλὰ μικρός τις εἴη, et p. 360. ἀλλ' ὅς μοι μικρὸς (mal. μακρὸς) εἴη. Schol. Theocriti ἀλλά μοι statim cum quarto versu coniungit. Unde facile apparet, verborum ordinem a doct. Iacobs restitutum maxime probandum et verum esse. Alteram partem huius versus Galenus utroque loco exhibet, et schol. Theocriti; sed hic turbato ordine et κατὰ κνήμην pro περὶ κνήμας habet.

V. 4. Ῥοικός. Sic Galenus utroque loco (in posteriori tamen male scribitur ῥοικοὺς) et schol. Theocriti. Dio Chrysostom. ῥαιβὸς, quem Brunck aliique sequuntur. At ῥοικὸς esse genuinam lectionem patet ex Galeno et scholiaste, qui hac voce Archilochi ut exemplo utuntur ad usum et significationem eius firmandam, ubi ῥαιβὸς nullo modo legi potest. Galen. p. 618. illud Hippocratis explicans: καμπυλώταται δὲ πλευραὶ ἀνθρώπου ῥοβοειδέα τρόπον — — post alia quaedam sic pergit: τότε μὲν

οὖν ἴσως ἦν ἡ Φωνὴ (ῥοβοειδὴς) συνήθης, ἢ οὐκ εἴρηκε ῥοβοειδέα τρόπον. ἐν δὲ τῷ μετὰ ταῦτα χρήσεως αὐτῆς ἐκβληθείσης εἰς ἀσάΦειαν ἦκε. τὸ μὲν γὰρ διὰ τοῦ κ λεγόμενον ῥοικοειδέα καὶ παρὰ (mal. περὶ) Θεοκρίτῳ γεγραμμένον, ἔνθα Φησί· Ῥοικὸν δέ κεν ἀγριελαίας Δεξιτερᾷ κορύναν, καὶ παρὰ Ἀρχιλόχῳ· Ἀλλά (μοι) μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν Ῥοικός κ. τ. λ. καὶ παρὰ (mal. περὶ) Νικάνδρῳ· Ἄλλοι δὲ ῥοικοῖσιν ἰσήρεες ἂν τὰ παγούροις Γυῖα βαρύνονται. τὸ μὲν διὰ τοῦ β ῥόβον οὐκ οἶδα, καίτοι τινὰ τῶν ἀντιγράΦων διὰ τοῦ β γέγραπται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀξιοπιςοτέροις εὑρίσκεται τὸ κ. Sic etiam Schol. Theocriti Idyll. δ. v. 49. Ῥοικὸν, τὸ καμπύλον. Ἀρχίλοχος· ἀλλά μοι ῥοικός κ. τ. λ. Ex quibus manifesto apparet, ῥοικὸς legendum esse, non ῥαιβὸς, ut Dio Chrysost. habet, et Pollucem, qui hanc vocem Archilocho tribuit, (vid. fragm. 167.) vel alium locum spectasse, vel etiam memoria lapsum has voces, quarum eadem vis est, commutasse. Ῥαιβοὺς enim, ipso docente, καλοῦσιν, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη. Et ῥοικὸν ἢ ῥοισὸν τὸ ἔσω νεῦον ἢ ςραβὸν Ἴωνες, auctore Corintho grammatico, quem interpretes Hesychii excitant. Talem vero gradum statumve, qualem Archilochus in duce probat, esse firmiorem, Galenus eodem loco T. V. p. 630. asserit: Τὸ κυλλὸν ὄνομα τινὲς μὲν ἅπασαν διαςροΦὴν κώλου Φασὶν δηλοῦν, γενικόν τι σημαινόμενον ὑποτιθέντες αὐτῷ· τούτου γὰρ συμβάντος, ἀναγκαῖόν ἐςι τὸ ἄκρον αὐτοῦ, τουτέςι, πρὸς τὸν πόδα, πρὸς τὴν εἴσω χώραν (forte νεύειν), ὅπερ εἰς τὸ τῆς ςάσεως ἑδραῖον οὐ μικρὰ συντελεῖ, ὥςε καὶ αὐτῶν (fort. αὔτως vel οὕτως) τῶν κατὰ Φύσιν ἐχόντων (τὰ σκέλη, quod excidisse videtur), τῶν ῥαιβῶν ἢ ῥοικῶν ὀνομαζομένων, ἀσΦαλέςερόν τε (pro δὲ) καὶ δυσανατρεπτότερον ἵςα-

H 2

σθαι τῶν ἀκριβῶς ἐχόντων τὰ σκέλη ὀρθά. id quod deinceps Archilochi loco confirmat. „Vir fortis Archilochi, inquit Iacobs, pedibus non nihil incurvatis firmiter nixus obversabatur fortasse Herodi Attico ap. Philostr. in vit. Soph. L. II. p. 552. in descriptione iuvenis illius, qui Herodis Hercules appellatur. Καὶ κνήμην μικρὸν εἰς τὰ ἔξω κυρτουμένην (tibiis non nihil incurvatis, i. e. ῥαιβὸς ὤν) καὶ παρέχουσαν τῇ βάσει τὸ εὖ βεβηκέναι." in quo tamen loco, si ῥαιβὸν Philostratus significare voluit, εἰς τὰ ἔσω legendum erit: ii enim, quibus τὰ σκέλη εἰς τὰ ἔξω κυρτούμενα sunt, βλαισοὶ vocantur. vid. fragm. cit.

Ἀσφαλέως, sic Galen. utroque loco. ἀσφαλῶς Dio Chrysost. Βεβηκώς. male ap. Galen. p. 618. βεβηκυίας. Ποσσὶ, duplici σ propter metrum. Galen. ποσὶ; a Dione Chrys. omititur.

V. 5. Καὶ ἐπινοήμασιν δασύς. Hanc tetrametri partem posteriorem solus Dio Chrys. habet, vel, si initium esse mavis, legendum esset, καὶ νοήμασιν δασύς — — quod Iacobs ex Eustathio explicat ψυχῇ πυκινῇ τοῖς νοήμασιν.

XXXIV.

Οὔτις αἰδοῖος μετ' ἀστῶν, καίπερ εὔφημος θανὼν,
Γίνεται· χάριν δὲ μᾶλλον τοῦ ζωοῦ διώκομεν
Ζωοὶ ἀνθρώπων· κάκιστα τῷ θανόντι γίνεται.

Vers. Grotii p. 514.

Nemo post mortem secundis civium rumoribus
Tollitur; viventium omnes gratiam, qui vivimus,
Aucupamur. destituti luce tractantur male.

(Grotius p. 515. Brunck. Anal. T. I. p. 44. fr. 19. Iacobs Vol. I. P. I. p. 164.)

Stobaeus Sermon. CXXV. p. 618.

V. 1. Καίπερ εὔφημος. Sic a Salmasio correctum, a Grotio et Brunckio receptum pro καὶ περίφημος, quod Gesnerus habet.

V. 2. Γίνεται. Gesner γίγνεται, et sic quoque in tertio versu.

V. 3. Κάκιςα. Brunck κάκιςα δὲ, quam particulam Hermannus de Metris omittendam esse pronunciat. Alia est hac in re sententia Mimnermi p. 70. fr. 7. Poetar. Gnomic.

Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.

XXXV.

Γλαῦχ' ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται
Πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὀρθὸν ἵςαται νέφος,
Σῆμα χειμῶνος, κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίας φόβος.

Aspice, ut turbetur aequor iam profundum fluctibus,
Glauce; stat convexa nubes supra summa montium,
Turbidae signum procellae, subitus ingruit timor.

(Brunck T. I. p. 42. fragm. 13. Iacobs Vol. I. P. I. p. 157.)

Heraclid. Pontic. p. 12. ὁ μὲν ἄλλα γὰρ ἀγορεύων τρόπος, ἕτερα δὲ, ὧν λέγει, σημαίνων ἐπωνύμως ἀλληγορία καλεῖται. καθάπερ Ἀρχίλοχος μὲν ἐν τοῖς

θρᾳκικοῖς ἀπειλημμένος δεινοῖς τὸν πόλεμον εἰκάζει θαλαττίῳ κλύδωνι, λέγων ὧδε· Γλαῦχ' ὅρα κ. τ. λ. Plutarch. de superstitione T. IV. p. 645. eosdem versus usque χειμῶνος sine nomine auctoris adfert. Theophrastus L. de signis tempestatum p. 243. edit. Basileens. 1541. priores duos versus citat, et scholiast. Hermogenis εἰς τόμον β. p. 404. primum solum versum.

V. 1. Γλαῦχ' ὅρα. Sic Theophrast. et scholiast. Hermogenis. In Plutarcho et Heraclide male Γλαῦκε, ὅρα. Glaucus filius cuiusdam Leptinis, quem etiam fragm. 37. alloquitur.

Κύμασι ταράσσεται. Sic in Theophrast. Heraclid. et reliquis. Κύμασιν mavult Schow, quod tamen necessarium non est. Odyss. ε. 289. σύναγε νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον. Solon frag. 18. v. 3. inter Poetas gnomicos Brunckii: Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται.

V. 2. Ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρεὸν ὀρθόν. Ἄκρα. Sic Heraclides, quod Hermann de Metris p. 118. probat, ut trochaeus servetur; nam in Theophrasto ἄκρας, in Plutarcho ἄκρᾳ legitur, quod Canterus Var. Lect. II. p. 94. recipiendum putat.

Γυρεόν. Wakefield nomen montis Γύρης vel Γύρους in γυρεὸν latere censet, vel legendum esse ἀμφὶ δ' ἄκρα τ' ὤρους. Sylv. Critica T. IV. p. 206. Γυρεὸν vero est ex emendatione Canteri l. c. pro γυερὸν, quod in Heraclide, et γυρεῦον, quod in Plutarcho est; in Theophrasto haec vox deest. Idem esse quod γυρὸν, cum Cl. Schow sentio, vel etiam κυρτὸν, Il. δ. 426. aut κυρτωθὲν, Odyss. λ. 243. quo Homerus de fluctu utitur, κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, nubem convexam, quae recta super montis cacumine stat eique imminet vel incumbit.

Ὀρθόν. Sic Theophrast. et Plutarchus. In Heraclide ὄρπον, unde Brunck. ὀρφνὸν elicuit. Sed ὀρθὸν veram esse lectionem manifestum fit ex Theophrasto l. c. dicentis: Ἐὰν ἐπὶ κορυφῆς ὄρους νέφος ὀρθὸν στῇ, χειμῶνα σημαίνει. ὅθεν καὶ Ἀρχίλοχος ἐποίησε· Γλαῦχ' ὅρα κ. τ. λ. — Ὀρθὸν ἵσταται νέφος.

V. 3. Κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος. Haec tantum Heraclides habet. „Hesych. ἐξ ἀελπτίης· ἐξ ἀελπίστου, i. e. ἀέλπτως, inopinanter. occurrit etiam ἀελπία. Pind. Pyth. 12, 55." Schow.

XXXVI.

Κλῦθ' ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ
Ἵλαος γενοῦ, χαρίζευ δ', οἷάπερ χαρίζεαι.

Audias rex Mulciber me, supplicantemque adiuvans
Sis mihi propitius atque da, tribuere quae soles.

Plutarch. T. VI. p. 81. de audiend. poetis, ubi docet, nomina deorum alias proprie, alias translate a poetis adhiberi, atque in hoc loco, quem exempli causa adfert, ipsum deum, non ignem intelligi: — Χρῶνται τοῖς θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς, ὧν θεοὶ δωτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες, ὁμωνύμως προσαγορεύοντες, οἷον Ἀρχίλοχος, ὅταν μὲν εὐχόμενος λέγει· Κλῦθ' ἄναξ Ἥ. κ. τ. λ. αὐτὸν θεὸν ἐπικαλούμενος δῆλός ἐστιν.

"Ἀναξ "Ηφαιςε. Vid. fr. IV. ἄναξ Ἀπόλλων.

Καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ "Ιλαος γενοῦ. Sic Orestes Mercurium invocat in Choeph. Aeschyl. v. 2. Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.

XXXVII.

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς, Γλαῦκε Λεπτίνεω πάϊ,
Γίνεται θνητοῖσ', ὁκοῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ.

Talis est mortalibus mens, Glauce, fili Leptinis,
Iupiter qualem supremus tribuit illis in diem.

(Brunck Anal. T. I. p. 43. fr. 11. Iacobs Vol. I. P. I. p. 156.)

Theon in Progymnasm. p. 8. "Ομηρον μεταφράζων, ὅτε φησί· Τοῖος γὰρ νόος ἐςὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, (Odyss. σ. v. 135.) Ἀρχίλοχος· Τοῖος ἀνθρώπ. θ. κ. τ. λ. Habet hoc fragmentum etiam Diogen. Laert. L. VIII. p. 620. in Pyrrh. Sextus Empiricus contra Mathemat. L. VII, 398. qui hos versus tamen mutatos et truncatos exhibet, Suidas v. Πυῤῥώνειοι, sed verbis plane depravatis.

V. 1. θυμός. Sic Theon. Alii νοῦς, quod metrum offendit. Tamen, hac voce servata, Barnes ad Odyss. σ. v. 135. emendat: Τοῖος ἀνθρώποισι νοῦς, ὦ Γλαῦκε — —.

Λεπτίνεω πάϊ Küsteri emendatio est ad Suidam l. c. nam παῖ Λεπτίνεω, ut Menagius corrigit, vel Λεπτίνεω παῖ, ut Stobaeus habet, metrum non admittit, cum in Λεπτίνης secunda syllaba corripiatur.

V. 2. Ὁκοῖον. Sic Theon et Stobaeus, ita ut ad θυμὸν referatur, ut apud Homerum, quem Archilochus

imitando expressit: Τοῖος γὰρ νόος — οἷον ἐπ' ἦμαρ κ. τ. λ. Alii ὁκοίην vel ὁποίην, quasi ad ἡμέρην referendum esset. Barnes l. c. ἐπ' ἡμέρην. ἄγῃ iuxta Homericum ἄγησι ex Stobaeo, alias ἄγει.

Haec vero sententia ab Homero primum profecta, a poetis deinde varie adhibita et exornata in philosophiam tandem transiit. Ita Simonides fragm. 4. inter poetas gnomicos Brunckii:

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
Πάντων, ὅσ' ἐςὶ, καὶ τίθησ', ὅπῃ θέλει.
Νοῦς δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφήμεροι
Ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες,
Ὅπως ἕκαςον ἐκτελευτήσει θεός.

Plutarch. advers. Stoicos T. X. p. 437. Οὐδὲ τοὐλάχιςόν ἐςι τῶν μερῶν ἔχειν ἄλλως, ἀλλ' ἢ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς βούλησιν, ἀλλὰ πᾶν μὲν ἔμψυχον οὕτω ἴσχεσθαι καὶ οὕτω κινεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνος ἄγει, κἀκεῖνος ἀποςρέφει καὶ ἴσχει καὶ διατίθησιν. quae fuit Chrysippi sententia. Qui plura desiderat, adeat, quos allegat Iacobs, Clarkium ad Homer. l. c. et Gatakerum.

XXXVIII.

Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος
Οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας.

Quam scio praecinere pulchrum Liberi regis melos
Dithyrambum, fulminante quassus animum vi meri.

(Brunck Anal. T. I. p. 46. fragm. 24. Iacobs Vol. I. P. I. p. 172.)

Extat hoc fragmentum apud Athenae. L. XIV. p. 628. A. sed turbato ordine et mendis inquinatum, quod Bentleius ad Phalar. p. 165. emendatum ad tetrametros revocavit, ut et Hermann de Metris p. 118, nisi quod hic ὅς pro ὡς et Διωνύσου legendum esse censet. Verba Athenaei l. c. sunt: *Φιλόχορος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες οὐκ ἀεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλὰ, ὅταν σπένδωσι, τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, τὸν δὲ Ἀπόλλωνα μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλποντες. Ἀρχίλοχος γοῦν φησίν· Ὡς Διωνύσοιο κ. τ. λ.*

Ἐξάρξαι. Athenaeus *ἐπάρξαι* habet, quod alienum est a sensu huius loci. „*ἐξάρξαι μέλος* autem proprie dicebatur, qui choro praeibat. Aristoteles tragoediam originem duxisse ait *ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον.* vid. Tyrwhitt ad Poetic. I. 30." Iacobs. Iterum hoc verbo hac significatione utitur fragm. 44. quod cf.

Συγκεραυνωθεὶς φρένας. In Athenaeo vitiose legitur *συγκερυνωθεὶς*, iam a Casaubono correctum. Mentem vino percussus quasi fulmine, ut Tibull. L. I. 2. Percussus tempora Baccho. Plaut. Casin. III. 5. 16. Se uspiam percussit flore Liberi. Simile est illud Ovidii Remed. Amor. 146. Multo tempora quassa mero. Et Horat. Sermon. L. II. 1. 24. Ut semel icto Accessit fervor capiti. Hinc Anacreon ebrius a Leonida Tarentino epigram. 37. *μεθυπλὴξ* dicitur.

XXXIX.

Ἑπτὰ γὰρ νεκρῶν πεσόντων, οὓς ἐμάρψαμεν ποσὶ,
Χίλιοι φονῆες ἐσμέν. — —

Namque septem mortuorum, assecuti quos sumus,
Mille nos sumus necantes. — —

Plutarch. T. V. p. 646. ubi de iis sermo est, qui, dum Galba interficitur, cum eo simul necati sunt. Ὥσπερ δέ φησιν Ἀρχίλοχος· Ἑπτὰ γὰρ κ. τ. λ. — οὕτω τότε πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συνεφαψάμενοι, χεῖρας δὲ καὶ ξίφη καθαιμάσσοντες, ἐπεδείκνυντο, καὶ τὰς δωρεὰς ᾔτουν, βιβλία διδόντες τῷ Ὄθωνι. qua de re cf. etiam Tacit. Histor. L. I. C. 44.

Οὓς ἐμάρψαμεν ποσί. Sic Hom. Il. φ. 564. καί με μεταΐξας μάρψῃ ταχέεσσι πόδεσσιν. et Il. χ. ὣς ὁ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν.

XL.

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.

Grotii versio p. 513.

Mortuis conviciari non sinit fas et pium.

(Brunck Anal. T. I. p. 43. fr. 18. Iacobs V. I. P. I. p. 164.)

Clemens Alex. Stromat. VI. p. 738, 25. Stobaeus Serm. CXXIV. p. 617. Ille sic: πάλιν δ' αὖ Ὁμήρου εἰπόντος· Οὐχ' ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, (Odyss. χ. 411.) Ἀρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μέν· Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κ. τ. λ. Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσι· Φοβερὸν (Iacobs Φθονερὸν) ἀνθρώποις τόδ' αὖ κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

XLI.

Ἤμβλακον, καί που τιν' ἄλλον ἤτ' Ἄτη κιχήσατο.

Fateor hanc culpam; sed Ate consequi et alium solet.

(Brunck Anal. T. I. p. 45. fr. 30. Iacobs V. I. P. I. p. 171.)

Clemens Alexandr. Stromat. L. VI. p. 738, 25. Αὖθίς τε ὁ Ἀρχίλοχος τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο μεταφέρων· Ἀασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι· ἀντί νυ πολλῶν, (Il. ι. 116.) ὧδέ πως γράφει· Ἤμβλακον κ. τ. λ.

Ἤμβλακον. Hesych. Ἤμβλακεν· ἠγνόησεν. Ἀμβλακεῖν· ἁμαρτεῖν. Si quis tamen, inquit Potterus, ἤμπλακον malit pro ἤμβλακον, per me licet; quod etiam Sylburgius praetulit. (Iacobs l. c.) Usitatius quidem ἀμπλακεῖν auctoribus est. Eurip. Androm. v. 418. 428. 948.

Ἡ δ' ἀμπλακοῦσα συννοσεῖν αὐτῇ θέλει.

Ἄτη κιχήσατο. Ipsam Deam intelligo Iovis filiam iuxta Homer. Il. τ. v. 9. et seqq. et Eridis iuxta Hesiodum Theogon. v. 226 — 230. Homerus l. c. eam sic describit:

Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται
Οὐλομένη, τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες, οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει
Πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥγε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει,
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους· κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε.

quod ipsum Archilochus expressit.

Forte fragm. hoc ad trimetros referri debebat et sic constitui:

— — — — — Ἤμβλακον,
Καί που τιν' ἄλλον ἦτ' Ἄτη κιχήσατο.

XLII.

Ἔλπομαι, πολλοὺς μὲν αὐτῶν σείριος καταυανεῖ
Ὀξὺς ἐλλάμπων. — — —

Spero, complures eorum sirius tosturus est
Emicans acutus. — — —

(Brunck Anal. T. I. p. 47. fr. 42. Iacobs V. I. P. I. p. 176.)

Plutarchus T. VIII. Sympos. L. III. p. 611. Ἐκ δὲ τούτων φανερὸν εἶναι τὸ ζητούμενον. τὴν γὰρ σελήνην ἠρέμα χλιαίνουσαν ἀνυγραίνειν τὰ σώματα· τὸν δὲ ἥλιον ἀναρπάζειν μᾶλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νοτερὸν διὰ τὴν πύρωσιν. πρὸς ὃ καὶ τὸν Ἀρχίλοχον εἰρηκέναι φυσικῶς· Ἔλπομαι, πολλοὺς μὲν κ. τ. λ. Brunck l. c. hoc fragmentum ad Iambum revocat:

— — — Ἔλπομαι,
Πολλοὺς μ. α. σ. κ.
Ὀξὺς ἐλλάμπων. —

sed ex ultima parte, quae initium trochaicum facit, manifestum est, ad tetrametr. referendum esse, ut Iacobs observat.

Σείριος. Archilochum per sirium intellexisse solem, patet iam ex Plutarchi loco. Id confirmat Hesychius v. Σείριος· ὁ ἥλιος καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀςήρ. σειρίου κυνὸς δίκην. Σοφοκλῆς τὸν ἀςρῷον κύνα. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον. De sole sirio vide Suidam. Hoc sensu iam etiam Hesiodus usus est Ἔργ. 415. autumni tempus describens:

— — — Δὴ γὰρ τότε σείριος ἀςὴρ
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ἔρχεται ἠμάτιος, πλείων δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.

Ad quem locum Petavius in auctario operis de doctrina temporum p. 101. haec notat: „Interpretes omnes in id consentiunt, sirium hic esse solem διὰ τὸ σειριάζειν, quod est λάμπειν. Neque aliter hic interpretari possis, contra quam vir doctus existimavit. Non enim parallelus, quem canicula describit, inaequalia segmenta supra terram habet infraque in diversis anni tempestatibus, quod de sirio poeta canit." Atque deinceps hanc eius significationem ex ipso Archilochi et Hesychii loco probat. Apud Orpheum in Argonaut. ut epitheton soli apponitur v. 117. Ἦμος ὅτε τρισσὴν μὲν ἐλείπετο σείριος αἴγλην Ἥλιος. Plutarch. T. VII. p. 461. Εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὄσιριν ἄντικρυς ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες, εἰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ πρόθεσις τοῦ ἄρθρου τοὔνομα πεποίηκεν ἀμφιγνοεῖσθαι. Adde Scholion, quod Alter ex Ms. in praefatione ad Odyss. p. XXVII. profert: οἱ Αἰγύπτιοι τὸν ἥλιον Ὄσιριν, τουτέςι πολυόφθαλμον, λέγουσι. Sed Graecos de etymologia huius vocis argutantes vide apud scholiast. Apollon. Rhodii L. II. v. 515. Ἦμος δ' οὐρανόθεν Μινωΐδας ἔφλεγε νήσους Σείριος. Cf. Hadrian. Iunium Animadvers. L. I. c. V. de Sirio stella, qui et hunc locum Archilochi non praeteriit.

Καταυανεῖ. Confert doct. Iacobs Lycophron. locum: Ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὶς σειρίου καταυανεῖ. et Tibulli L. I. 4. 24. Canis arenti torreat arva siti.

Ὀξὺς ἐλλάμπων. Sirio, solem significanti, etiam usitatum solis epitheton ὀξὺς tribuitur. Hom. Il. ξ. 345. de sole: Οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι. Ibid. ρ. 71. 72. πέπτατο δ' αὐγὴ Ἠελίου ὀξεῖα. Hesiod. Ἔργ. 412. Ἦμος δὲ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο. Theogn. v. 418. Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.

XLIII.

Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θίγειν.

Si manum mihi Neobules sic liceret tangere.

(Brunck Anal. T. I. p. 45. fr. 25. Iacobs V. I. P. I. p. 167.)

Plutarch. T. VII. p. 518. de Εἰ apud Delphos: Εἰ γὰρ ὄφελον, φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων. καὶ Ἀρχίλοχος· Εἰ γὰρ ὡς κ. τ. λ. Optat Archilochus, ut sibi tantum manum Neobules, a qua forte vel absens erat, vel cum cuius patre iam simultates susceperat, tangere liceat. Id genus votis enim, aliisque, quorum eos compotes fieri haudquaquam est verisimile, amantes animum pascere, e communi vita, et carminibus poetarum, qui eam imitando exprimunt, notum est et passim obvium. Anacreon Od. 20. optat speculum, vestimentum, unguentum etc. fieri, ut tantum caram sibi puellam contingere possit. Item Theocrit. Idyl. 3. v. 13. Meleager Epigr. 94. v. 3. — — Εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα Ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο. Reisk. pro ὡς corrigendum putat πῶς vel ἐξ, ut sit ἐκγένοιτο. Sed non necesse, cum ὡς pro οὕτως positum sensum commodum efficiat: Si mihi vel sic, rebus sic habentibus, liceat tantum eius manum contingere. Odyss. σ. v. 201. Αἶθε μοι ὣς μαλακὸν θάνατον πόροι Ἄρτεμις ἁγνή. α. 166. Νῦν δ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλωλεν. schol. οὕτως, ὡς ἔχει. Il. ι. v. 390. οὐδέ μιν ὣς γαμέω. Il. ξ. v. 143. Odyss. γ. v. 225. et aliis in locis.

Νεοβούλης per crasin legi potest, si mavis, quasi Νευβούλης, ut Κλεόβουλος, Κλεύβουλος. Neobule

vero, quam Hesychius alia forma Νεοβούλειαν vocat, fragm. 145, filia Lycambae, amata primum a poeta et carmine celebrata, ut apparet; deinde vero, violata nuptiarum fide, tanto acerbius in eam iambis invectus est. Ad eius laudem etiam Cl. Hemsterhus. spectare putat illa Luciani in Amor. p. 1021. τὴν φωνὴν δ' ἴσον Λυκάμβου θυγατρὶ λεπτὸν ἀφηδύνων.

XLIV.

Αὐτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα.

Lesbium paeana sum ipse praecinens ad tibiam.

Athenaeus L. IV. p. 180. E. ubi Aristarchum vituperat, quod εἰς τὴν γαμοποιΐαν apud Menelaum quosdam versus ex armorum descriptione inseruit, quorum ultimi sunt: — — Δύω δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους. — Addit deinceps: οὐ γὰρ ἐξάρχοντες οἱ κυβιστητῆρες, ἀλλ' ἐξάρχοντος ᾠδοῦ πάντως ὠρχοῦντο. τὸ δὲ ἐξάρχειν φόρμιγγος ἴδιον· διόπερ ὁ μὲν Ἡσίοδός φησιν ἐν τῇ Ἀσπίδι· Θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς, Μοῦσαι Πιερίδες. καὶ Ἀρχίλοχος· Αὐτὸς ἐξάρχων κ. τ. λ.

Λέσβιον dubium est referendumne sit ad αὐλὸν, an ad παιήονα.

XLV.

— — — Μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος
Τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω. — — —

— — — Insulam ne pendeat
Tantali saxum supra istam. — — —

(Brunck Anal. T. I. p. 47. fr. 43. Iacobs Vol. I. P. I. p. 176.)

Plutarch. T. IX. p. 203. An seni gerenda sit respublica, de oratione politica loquens: Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας καὶ ἱςορίας καὶ μύθους καὶ μεταφορὰς, αἷς μάλιςα κινοῦσιν οἱ χρώμενοι μετρίως καὶ κατὰ καιρὸν, ὡς ὁ εἰπών· Μὴ ποιήσητε ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα· καὶ Δημάδης τὰ ναυάγια λέγων πολιτεύεσθαι τῆς πόλεως· καὶ ὁ Ἀρχίλοχος· Μηδ' ὁ Ταντάλου κ. τ. λ. Item Scholiast. Pindari Olymp. α. 97. Poeta de Paro vel Thaso loqui videtur, et malum quoddam imminens precibus, aut votis ab alterutra avertere velle. Hunc ipsum locum Pausanias respicit p. 348, et hanc de lapide super Tantalo suspenso poenam ab ipso forte Archilocho profectam esse opinatur, cum Homerus alia de eo referat. Ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ πίθῳ (sermo est de figuris in tabula a Polygnoto picta) Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἐςὶν ἀλγεινὰ, ὁπόσα Ὅμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόςεςίν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐςιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχῳ. Ἀρχίλοχος δ', οὐκ οἶδα, εἴτε ἐδιδάχθη παρὰ ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον, εἴτε καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ποίησιν εἰσηνέγκατο. De poena Tantali autem, eius causa et variis de eo fabulis poetarum idem scholiast. l. c. fusius exponit, sensumque explicat, quo a nonnullis acceptae sunt. Homer. Od. λ. v. 581. canit eum in lacu stantem, pomis imminentibus, continua siti et fame torqueri; Archilochus, timore saxi ei impendentis et iamiam casuri cruciari; Euripides per hoc saxum solem intelligit, alii mon-

tem Sipylum, qui ad puniendum eius mendacium, quo Iovem circumvenire volebat, ei impositus est. Cf. praeterea Lucian. T. I. D. M. XVII, 1. T. II. Amor. 53. Athenae. L. VI. 281. et alios quos citat cl. Iacobs l. c. Casaubonus Commentar. in Athenae. p. 35, 30. figmentum de Tantalo, ut ab Homero narratur, vestigium esse putat fugientis memoriae lapsus protoplasti hominis et expulsionis eius e paradiso.

Τῆςδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω. Brunck. ὑπερκρεμάσθω τῆςδε νήσου. Schol. Pindar. l. c. male — ὑπὸ νήσου κρεμάσθη.

XLVI.

Καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

Res habent se, qualis horum est mens, qui in ipsas incidunt.

Aeschines περὶ πλούτου, sive quisquis auctor Eryxiae est, p. 70. Ὁποῖοι γὰρ ἂν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι· Καὶ φρονεῦσι τ. ὁ. ἐγκ. ἔ. Item Stobaeus Serm. 92. p. 510, ubi tamen corrupte legitur τοι ἄοικοι οἷς ἐγκ. ἔργ. notante Gesnero in margine: τοῖα ὁκοίοις et ἐρύμασι; in Aeschine vero alias ἐσκυρέωσιν legebatur. Hinc sensus huius loci et vera verborum ratio viros doctos multum exercuit. „Sententia eius, inquit doct. Fischer ad Aeschinem p. 96, vix certo indagari posse videtur, primo, quoniam non satis constat, ἐρύμασι legendum sit

an ἔργμασι· deînde quia, etiamsi ἐρύμασι legas, tamen non apparet, quae potestas isti vocabulo tribui debeat: denique quia non intelligi potest, quo Φρονεῦσι pertineat: ita ut mirum non sit, viros doctos ea de re vehementer dissidere inter se.“ Id quod deinde exemplis Pircameri, Corradi, Cornarii etc. ostendit, qui dum ἐρύμασι legunt et vel per arcas, munitiones vel munimina explicant, rem obscuram tantum non obscuriorem reddunt. Hinc alii recte praeferunt ἔργμασι, intelliguntque res, quae prout ipsae natura sua comparatae sunt, dum homines in eas incidunt, ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν, ipsae etiam consilia eorum pro prudentia cuiusque moderantur, τοῖα Φρονοῦσιν. Quae sententia trita quidem et vera, non tamen apta ad sensum loci in dialogo est. Hinc Valckenar. ad Herodot. II. p. 141. emendandum esse iudicat: Καὶ Φρονεῦσι τοῖ᾽, ὁκοίως ἐγκυρέωσιν, ἔργματα, ita ut τοῖα ἔργματα nominativus sit intellecto ἐςὶ, Φρονεῦσι dativus participii, et ad ἐγκυρέωσιν referatur, sensusque sit: Res ipsas, prout in homines varia prudentia moribusque praeditos aut varie animatos incidunt, mutari, aliam aliamque naturam assumere. At sensus ita quidem contextui est consentaneus, ordo tamen verborum, ut Fischer et Iacobs iudicant, est durior et membra sententiae nimis dissipata et disiecta, quam ut id Archilochi ingenio conveniat. Hinc mihi sensum et verba dialogi cum loco Archilochi conferenti lectiones ὁκοῖοι et ἔργμασιν recte habere videntur, et sensum commodum efficere. Sic enim Aeschines: Ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι· Archilochus: Ὁκοῖοι (γὰρ ἂν) ἐγκυρέωσιν τοῖς ἔργμασιν. Aeschines: τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι· Archilochus: τοῖα καὶ Φρονεῦσι, breviter ut poeta, pro τοῖα

καί εἰσιν αὐτὰ τὰ ἔργματα, ἃ φρονέουσιν, κακὰ ἢ ἀγαθά. i. e. quales ii sunt, qui in res incidunt, tales etiam sunt hae ipsae res, quas mente agitant et student perficere. vid. Fisch. ad Aeschin. n. 69. qui sequentes versus Euripidis cum hoc loco, quod ad sensum attinet, comparat:

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' ὁὐντυγχάνων
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράξει καλῶς.

Ἐγκυρέωσιν. Ἐγκυρῆσαι ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν Suid. Sic Bacchyl. apud Clem. Alex. Strom. VI. p. 745. πρὶν ἐγκύρσαι δύαις. Theocrit. Idyl. 22, 9. χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις.

XLVII.

Trochaicis Archilochi tetrametris etiam carmina alius moduli videntur immixta fuisse; Hephaestion certe testatur, in tetrametris poetam sequenti quoque metro asynarteto usum esse:

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον.

Erasmonide Charilae, digna res cachinno est.

Sic enim Hephaestion p. 27. Πρῶτος δὲ Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο μεγέθει τούτῳ (nempe dimetro anapaestico) ἐν τοῖς τετραμέτροις προτάξας αὐτὸ τοῦ ἰθυφαλλικοῦ. τὸ γὰρ Ἐρασμονίδη Χαρίλαε ἐφθημιμερὲς ἀναπαιςικόν. cuius alteram partem, ithyphallicum nempe colon, citat idem p. 48. ubi de ἀσυναρτήτοις agit. Γίνεται δὲ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα μὴ δυ-

νάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι, μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν, ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνωνται ςίχου. πρῶτος μὲν τούτοις Ἀρχίλοχος κέχρηται. πῆ μὲν γὰρ ἐποίησεν ἔκ τε ἀναπαιςικοῦ ἐφθημιμεροῦς καὶ τροχαϊκοῦ ἡμιολίου τοῦ καλουμένου ἰθυφαλλικοῦ· Ἐρασμονίδη X. χρ. τ. γ. In tetrametris hunc versum locum habuisse confirmatur etiam eo, quod refert Athenaeus, hunc Charilaum ob voracitatem in tetrametris fuisse ab Archilocho acerbe notatum L. X. 415. D. Ἀρχίλοχος δὲ ἐν τετραμέτροις Χαρίλαν (male alias Χειρίλαν) εἰς τὰ ὅμοια (τὴν πολυφαγίαν) διαβέβληκεν, ὡς οἱ κωμῳδοποιοὶ τὸν Κλεώνυμον καὶ Πείσανδρον. Ex Athenaeo sua desumsit Eustathius Odyss. ι. T. I. p. 1630, 8. Ἔτι μνηςέον καὶ ὡς οὐ μόνον Κύκλωψ καὶ Λαιςρυγόνες ἀνθρωποφαγεῖν ἐμελέτων, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πολλοί. Ἐν γοῦν τοῖς ὕςερον κατ' ἄνδρα τοιοῦτοι διαβέβληνται καί τις Χαρίλας κατὰ Ἀρχίλοχον καὶ κωμῳδούμενοι (mal. κωμῳδοὶ) Κλεώνυμος καὶ Πείσανδρος. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἴσως ἀςεϊσμοῦ χάριν ἀνθρωποφαγεῖν ἐσκώφθησαν ὡς πολυφάγοι. Etiam Aelian. V. H. L. I. 27. Charilaum inter πολυφάγους recenset.

Cum hoc versu alios duos aut tres, quos idem auctor supra citatus profert p. 49, viri docti iungendos esse censent, quia et metrum idem est et sententia satis consentit. Sic enim Hephaest. p. 49. Ὑπονοήσεις δ' ἄν τις καὶ τρίτην διαφορὰν εἶναι τῷ Ἀρχιλόχῳ πρὸς τοὺς μετ' αὐτὸν, καθ' ἣν ἀναπαίςῳ δοκεῖ τῷ πρώτῳ χρῆσθαι.

Ἐρέω πολυφίλταθ' ἑταίρων· τέρψεαι δ' ἀκούων.
Φιλέειν ςυγνόν περ ἐόντα, μηδὲ διαλέγεσθαι.

ᾧ οὐκ ἐχρήσαντο ἐκεῖνοι. φαίνεται δ' οὐδ' ἂν αὐτὸς κεχρημένος. δύναται γὰρ ἀμφότερα κατὰ συνεκφώνησιν

εἰς ἴαμβον περιΐςασθαι. ἡ δὲ φαντασία τοῦ ἀναπαίςου γέγονε διὰ τὴν ἰωνικὴν ἐν ἑκατέρῳ διαίρεσιν. Idem observat etiam p. 27. ubi exempli causa initium horum duorum versuum coniunctum iterum legitur. Cum superiori igitur versu coniunctim sic legendi essent:

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον
Ἐρέω, πολυφίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων·
Φιλέειν ςυγνόν περ ἐόντα, μηδὲ διαλέγεσθαι.

— — —

Erasmonides Charilae, digna res cachinno est
Mihi memoranda, o amice, auribusque grata:
Amare superciliosum, colloquique nolle.

Sed quomodo, inquies, Charilaum πολυφίλτατον vocat, cuius tamen voracitatem carmine perstrinxisse fertur? Tum videlicet vel ironice id accipias necesse est, vel credendum est, animis et factionibus civium per varios rerum publicarum casus aut eventus saepe mutatis, poetae idem evenisse, quod de Pericle fragm. 48. in not. dictum, qui primum etiam amicus poetae, postea ob idem vitium maledicentiae eius carminum obnoxius fuit. Ceterum an horum versuum consecutio et copulatio recte habeat, in dubio nihilo minus versatur, perinde ut multo minus adfirmare ausim, versum illum, quem idem Grammaticus p. 48. adfert cum observatione, esse quidem versum eiusdem moduli, sed poetam duos spondeos ab initio posuisse, ad hunc locum spectare, cum eoque iungendum esse. Οὗτος μὲν γὰρ (inquit Hephaestio de Archilocho loquens) τῇ τε τομῇ δι' ὅλου κέχρηται ἑφθημιμεροῦς, καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαιςικῷ κώλῳ δύο· οἷον·

Ἀςῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν· οἱ δὲ πολλοὶ — —.

ELEGIARUM FRAGMENTA.

XLVIII.

Κήδεα μὲν ϛονόεντα, Περίκλεες, οὐδέ τις ἀϛῶν
Μεμνόμενος θαλίης τέρψεται, οὐδὲ πόσεις.
Τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ἔκλυσεν· οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃ ἔχομεν
Πνεύμονας· ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέϛοισι κακοῖσιν,
Ὦ φίλ', ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν
Φάρμακον. ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔχει τάδε· νῦν μὲν ἐς ἡμέας
Ἐτράπεθ', αἱματόεν δ' ἕλκος ἀναϛένομεν.
Ἐξαῦτις δ' ἑτέρους ἐπαμείψεται· ἀλλὰ τάχιϛα
Τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι.

Versio Grotii.

Qui nimium, Pericles, semper meminere laborum,
Non hos hausta iuvant pocula, non epulae.
Illos aequorei merserunt gurgitis undae:
At nimio nobis pulmo dolore tumet.
Una data est superûm dono medicina malorum,
Scilicet invicti durities animi.

Nunc ille hanc, nunc alter habet: iam respicit
ad nos,
Fessa cruentamus viscera qui gemitu.
Mox alios sors ista manet. durate ferendo
Interea et luctu parcite femineo.

(Grot. 513, 14. et not. 563. Brunck Anal. T. I. p. 40. fragm. 1. Iacobs Vol. I. P. I. p. 147.)

Stobaeus Sermon. CXX. p. 615. Fragmentum hoc cum viris doctissimis Schneidero et Iacobs proprie de tempestate et naufragio potius intelligendum videtur, quo nimirum maritus sororis poetae, et forte plures egregii cives cum eo in mari perierant, ita ut universa civitas ea de causa in luctu versaretur. Nam epitheton maris *πολυφλοίσβοιο* vix ad sensum translatum satis accommodatum est, neque ab Homero, a quo desumtum, unquam aliter ac proprie usurpatum. Ceterum hac imagine a mari, tempestate et fluctibus petita saepe a poetis calamitatem etiam adversosque fortunae casus vividius proponi, exempla plurima ostendunt. Sic Aeschyl. Prometh. 752, ubi vide not. Cl. Schützii. Ἑπτ. ἐ. Θ. 760. Pers. 598. et sic apud alios.

V. 1. Κήδεα μὲν ςονόεντα. Ab Homero petitum Odyss. ι. v. 12.

Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸν ἐπετράπετο ςονόεντα
Εἴρεσθαι,

quae Il. α. v. 445. *πολύςονα* vocat, curas vel aerumnas, quae multa homini suspiria, gemitus exprimunt:

Ὃς νῦν Ἀργείοισι πολύςονα κήδε' ἐφῆκεν.

Περίκλεες. Pericles, quem poeta hic ut amicum alloquitur, idem videtur esse, quem postea, inimicus ei factus, carminibus suis persecutus est. (Vid. fr. 119.)

Neque in tantis veterum rerum publicarum procellis, inquit doct. Iacobs, eiusmodi animorum conversiones quisquam mirabitur. Sic et antea (fragm. 47.) Charilaum amicissimum sibi vocat, cuius tamen voracitatem vehementer postea taxavit.

Οὐδέ τις ἀςῶν. Sic Gesnerus, neque sententia postulare videtur, ut in αὐτῶν mutetur, quod a Grotio factum, quem Brunckius sequitur. Archilochus enim significat, tam egregiorum civium interitu in mari singulos cives ita afflictos esse, ut prae animi dolore etiam convivia non celebrent, nec iis delectentur. Cur igitur ἀςῶν mutandum sit? Utitur poeta eadem voce et fragm. 33. Οὔτις αἰδοῖος μετ' ἀςῶν, et 47. ἀςῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν. Opponuntur alias ἀςοὶ alienae urbis incolis vel ξένοις. Plat. epigr. 27. Anal. T. I. Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀςοῖς. et Erinna ibid. epigr. II. Αἶτ' ἀςοὶ τελέθοντ' αἶθ' ἑτεροπτόλιες. Hinc singuli cives toti civitati.

V. 2. Μεμνόμενος θαλίης τέρψεται οὐδὲ πότοις. Sic a Scaligero emendatum et receptum a ceteris. In Gesnero enim μεμφόμενος θαλίης τέρψεται, οὐδὲ πόλις. Verum illa emendatio necessaria non videtur, cum lectio, quam Gesneri editio exhibet, sententiam commodam efficiat, modo ita construas: Κήδεα ςονόεντα μεμφόμενος οὐδέ τις ἀςῶν, οὐδὲ πόλις θαλίης τέρψεται. de gravibus aerumnis, scilicet de interitu tot egregiorum virorum in mari conquerens, nec quisquam civium privatis epulis, nec civitas universa festis publicis delectari solet.

Μεμφόμενος hoc sensu cum accusativo construi auctores testantur. Aeschyl. Prometh. 1080. Μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι μέμψησθε τύχην. Philipp. Thes-

sal. epigr. 32. T. II. Anal. Μεμφομένη βορέην ἐπεπωτώμην ὑπὲρ ἅλμης. Antiphil. ibid. T. I. p. 176. epigr. 26. Τὴν πελάγευς ἐλπίδα μεμφόμενος, ubi Iacobs ἐλπίδα interpretatur per mala, quae ab undis et tempestatibus navi timenda erant, scilicet naufragium, i. e. τὰ κήδεα στονόεντα Archilochi. Sic et in alio epigr. Lucilii: Κωφὰ θεῶν ἀδίκων οὔατα μεμφόμενος.

Θαλίης. Epulae opiparae, quas Homerus δαῖτα θάλειαν Il. η. 475. vocat, unde fortassis haec ipsa vox derivanda, et quas Aristophanes dicit esse beatiorum, ditiorum vel superum Εἰρήν. 780. Κλείουσα θεῶν τε γάμους Ἀνδρῶν τε δαῖτας καὶ θαλίας μακάρων. Hom. Od. λ. 601. de Hercule: Αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι Τέρπεται ἐν θαλίης. Eurip. Med. 192. Οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις Ἐπί τ' εἰλαπίναις καὶ παρὰ δείπνοις Εὕροντο. Hinc θαλίαι ubique pars vitae beatioris et iucundioris sunt. Hesiod. Ἔργ. v. 115. Τέρποντ' ἐν θαλίησι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. Theognis 755. Τερπόμενοι κιθάρῃ καὶ ἐρατῇ θαλίῃ. Choeril. epigr. in Sardanap. Strab. L. XIV. 672. Σὸν θυμὸν ἄεξε Τερπόμενος θαλίησι. Ipse Archilochus infra fragm. 53. τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων. Dum igitur poeta ait: οὐδέ τις ἀστῶν θαλίαις τέρψεται, privatas comissationes et convivia intelligit, quae quisque sibi suisque celebrabat, velut in nuptiis, die natali aut aliis festis solennibusque diebus: πόλις οὐ τέρψεται θαλίης, epulas publicas intelligit, quae post ludos, sacrificia aut certis festis diebus instrui solebant, et δημοθοινίαι vel δημόσιαι θοῖναι dicuntur. Alciphron L. I. ep. 5. p. 14. πανηγύρεως ἐν προαστείῳ πανδημεὶ τελουμένης καὶ δημοθοινίας ἀφθόνου, Χαρίδημος ἐπ' εὐωχίαν συνεκαλεῖτο. Polemon apud Athenaeum L. XI.

p. 483. C. Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἀρχαϊκὸν ἦν τὸ τοιοῦτον τῆς ἀγωγῆς, ὃ νῦν δρᾶται παρά τισι τῶν Ἑλλήνων, ἐν Ἄργει μὲν ἐν ταῖς δημοσίαις θοίναις, ἐν Λακεδαίμονι δὲ κατὰ τὰς ἑορτὰς ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων.

V. 3. Τοίους γὰρ — Sic poeta etiam fragm. 61. τοῖος γὰρ Φιλότητος ἔρως. — τοίους intellige ἄνδρας vel φίλους. Haec sententiae conformatio, qua τοῖος γὰρ eam orditur, poetis Graecis maxime usitata est. Hom. Il. ψ. 280. τοίου γὰρ σθένος ἐσθλὸν ἀπώλεσαν ἡνιόχοιο. Solon. v. 68. τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη Παλλὰς κ. τ. λ. Etiam sine γάρ. Aeschyl. Pers. 605. Τοίη κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας.

V. 4. κατὰ — ἔκλυσεν. Sic Grotius p. 565. pro ἔκλασεν vel ἔκλαυσ' apud Gesnerum emendavit. κατακλύζειν enim usitatum hac in re verbum. Aeschyl. Ἑπτ. ἐ. Θ. μηδ' ἀλλοδαπῶν Κύματι φώτων κατακλυσθῆναι ταμάλιςα. Eurip. Orest. 342. Δαίμων κατέκλυσε Δεινὸς πόντου, ὡς πόντου λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν. Aemil. epigram. 3. Anal. T. II. Ἄβαλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου.

V. 4. 5. Οἰδαλέους — Πνεύμονας. Gesner. ὑδαλέους, al. οἰδαλέους, quod Grot. et Brunck. receperunt et Iacobs p. 149. l. c. illustrat. „Cor tumidum, οἰδαλέον, irati, tristes, superbi, cupidi habere dicuntur. Hom. Il. ι. 642. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. cf. Triller. Observ. p. 4. Apollon. Rhod. I. 477. Ἦ ῥά τοι εἰς ἄτην ζωρὸν μέθυ θαρσαλέον κῆρ Οἰδάνει ἐν ςήθεσσι. De dolore et rebus ingratis Herodot. VII. p. 529. ὁ θυμὸς χρηςὰ ἀκούσας, τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας, ἀνοιδέει. Similis est metaphora in his

Aristoph. Acharn. 525. Οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι, ubi schol. οἰδοῦντες."

Πνεύμονας. Euripid. Ion. διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με πνευμόνων τῶνδ' εἴσω.

V. 6. 7. Τλημοσύνην ἔθηκαν φάρμακον. Locum hunc, monente Cl. Schneidero et Iacobs l. c. p. 149, respicit Philostratus Vit. Apollon. VII. p. 306. Ἐνθυμηθέντας τὸν τοῦ Ἀρχιλόχου τοῦ Παρίου λόγον, ὃς τὴν ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς καρτερίαν τλημοσύνην καλῶν, θεῶν αὐτήν φησιν εὕρημα, ἀναφέρειν τῶν σχετλίων τούτων. — Praeivit Homerus Il. ω. 40. Τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν. Comparat Iacobs etiam Horat. I. 24. 19: Durum: sed levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas. Item Philetae et Plutarch. locum, quos vide l. c. Adde Simonid. Stobae. Heerenii T. I. p. 28. Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει. Sic et Argentar. in epigramm. 15. p. 269. Λιμὸς φάρμακον μοῦνος ἔχει (τοῦ ἔρωτος). item Quint. Maec. Anal. T. II. p. 237. epigr. 3. vide Iacobs Vol. I. p. 313.

V. 7. Ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔχει τάδε. Sic pro τόδε reponendum esse censui, ita ut ad κακὰ in priori versu referatur. Nam τόδε si retineas, et ad proximum φάρμακον ex legibus grammaticae referas, ut a Grotio factum, id sensu invito et repugnante fieri recte observat Iacobs. At vero si τόδε ad κῦμα e superioribus trahas, etiam hac ratione vix sententia satis commoda vel certe obscurior inde existit, praesertim si κῦμα proprio, non translato sensu accipias, ut accipiendum est, neque contenderim, satis graecum esse ἄλλοτε ἄλλος ἔχει κῦμα. Recepto vero τάδε, omnis sensus et grammaticae difficultas tollitur et sequentia quoque bene consentiunt. Κακὰ ἔχειν, malis premi vel afflictum esse, recte a poetis et

prosae scriptoribus dicitur. Hom. Odyss. λ. 480. Οὐδέ πω ἀμῆς Γῆς ἐπέβην, ἀλλ' αἰὲν ἔχω κακά. Xenoph. Agesil. C. VII. 7. ὡς καὶ βασιλεὺς κακὰ ἔχων μὴ δύνηται τοῖς Ἕλλησι πράγματα παρέχειν. Nunc vero haec mala εἰς ἡμᾶς ἐτράπετο, sed iterum ad alios convertentur, ἐξαῦτις ἑτέρους ἐπαμείψεται. Solon ἄτην ἔχειν idem dicit fragm. VI. Ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται· ἣν ὁπόταν Ζεὺς Πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. Similiter dixit Euripid. Androm. v. 850. Συμφοραὶ θεήλατοι Πᾶσι βροτοῖσιν ἢ τότ' ἦλθον ἢ τότε. Stobaeus Eclog. Phys. p. 166. Ἐπιχρίμπτει νέφος ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν γᾶν ἁ πάνδωρος Αἶσα.

V. 10. Τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι. Hanc verbi τλῆμι cum participio constructionem illustrat doct. Iacobs exemplis p. 149. Ceterum huius elegiae pars forte ille quoque versus est in Eclog. Physic. Stobaei T. I. p. 194.

Πάντα Τύχη καὶ Μοῖρα, Περίκλεες, ἀνδρὶ δίδωσι.

XLIX.

Ἀλλ' ἄγε σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς
Φοίτα, καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων.
Ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
Νήφειν ἐν φυλακῇ τῇδε δυνησόμεθα.

Cum cothone citae fac per tabulata carinae
Vadas, atque cavis deripe vincla cadis.
Faece tenus vinum rubrum defundito: nam nos
Non agere has sobrii possumus excubias.

(Brunck T. I. p. 41. fr. 5. Iacobs Vol. I. P. I. p. 152.)

Athenaeus L. XI. p. 183. D. ubi de variis poculorum generibus agit: μνημονεύει αὐτοῦ (τοῦ κώθωνος) καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Ἐλεγείοις, ὡς ποτηρίου οὕτως· Ἀλλ' ἄγε σὺν κώθωνι κ. τ. λ.

Κώθωνι — Ποτήριον Λακωνικὸν fuisse Athenae. ibidem A. B. asserit. Hinc egregia illa emendatio Casauboni apud eundem auctorem L. IV. 141. B. in Dicaearchi descriptione phiditiorum apud Spartanos: Εἶτα μᾶζαν μὲν, ὅσην ἂν ἕκαςος ᾖ βουλόμενος, καὶ πιεῖν πάλιν, ὅταν ᾖ θυμὸς, ἑκάςῳ κώθων (pro καθ' ὃν) παρακείμενός ἐςι. Usum et formam eius sic ex Critia descriptam profert p. 483. L. XI. A. B. Κώθων, Λακωνικὸν ἔκπωμα, ἐπιτηδειότατον εἰς ςρατείαν, καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ. οὗ δὴ ἕνεκα ςρατιωτικόν. (Cf. Suid. v. κώθων et Schol. Aristoph. Ἱππ. 59.) πολλάκις (γὰρ) ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα, εἶτα ἄμβωνας ἔχων ὁ κώθων ὑπολείπειν (ποιεῖ Casaub.) τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. Alii κεράμεον et μονωτὸν fuisse addunt. Polemon ibid. et Hesych. et Suid. v. κώθων. Schol. Aristoph. l. c. Heniochus apud Athenae. l. c. eum sic describit: πιεῖν τις ἐγχείτω λαβὼν πυριγενῆ, κυκλοτερῆ, βραχύωτον, παχύςομον κώθωνα, παῖδα φάρυγγος, quam vocem Casaubonus corruptam esse, et cothonem potius τροχοῦ παῖδα vocandum esse iudicat. Sed mihi videtur παῖδα hic non filium, sed ministrum potius gulae significare, qui strenue vinum suppeditat et in illam infundit. Hinc nihil mutandum censeo. Cum propter umbones vasis, in quos inter bibendum potus defluit, bibentes cervicem retrorsum torquere deberent, a Theopompo comico ibidem ςρεψαύχην dicitur:

Ἐγὼ γὰρ (ἂν) κώθωνος ἐκ στρεψαύχενος
Πίοιμι (pro πιοίμαν) τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένος.

Porro κώθων etiam pro ipsa compotatione ponitur: Ἀσύμβολον κώθωνα μὴ παραλίμπανε: alias κωθωνισμὸς, de quo recte instituendo Mnesitheus medicus Atheniensis epistolam scripsit, cuius partem adfert Athenae. L. I. p. 8. D.

Θοῆς διὰ σέλματα νηός. Sic Aeschyl. Pers. 355. Σέλμασι Νεῶν ἐπενθορόντες, ἄλλος ἄλλοσε Δρασμῷ κρυφαίῳ βίοτον ἐκσωσαίατο. Νῆες θοαὶ et εὔσελμοι in Homero passim obviae. Unde σέλμα pro ipsa navi sumitur. Archimel. epigr. Anal. T. II. p. 64. Τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἵσατο. et sic ibid. v. 17, 18.

V. 2. Πώματ' ἄφελκε κάδων. Vide l. c. Iacobs, qui Horatii locos similis sententiae L. I. Od. 35, 27. L. III. Od. 8, 9. et Od. 15. v. 16. item Theocrit. Idyll. 7, v. 7 et 147. confert. Adde Tibullum L. II, 1, 27.

Nunc mihi fumosum veteris proferte Falernum
Consulis et Chio solvite vincla cado.

V. 3. Οἶνον ἐρυθρόν. Athenaeus L. I. p. 32. C. vina trium colorum esse dicit: τῶν οἴνων ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ κιῤῥὸς, ὁ δὲ μέλας, ad quem ὁ ἐρυθρὸς referendus est. Sic Homer. quem Odyss. ι. v. 196. μέλανα οἶνον vocat, v. 208. μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν appellat. et ibid. 163. de eodem: οὐ γάρ πω νηῶν ἐξέφθιτο οἶνος ἐρυθρός. Aliis in locis eundem αἴθοπα dicit. Athenae. L. I. 26. B. Ἐπαινῶν δὲ Ὅμηρος τὸν μέλανα οἶνον πολλάκις αὐτὸν καὶ αἴθοπα καλεῖ. δυναμικώτατος γάρ ἐστι, καὶ μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον.

L.

Οὔ τοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται, οὐδὲ θαμειαὶ
Σφενδόναι, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ
Ἐν πεδίῳ· ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον.
Ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονές εἰσι μάχης,
Δεσπόται Εὐβοίας δουρικλυτοί. — — —

Non arcus multi tenduntur, raraque funda
Torquetur, pugnam Marte ciente feram
In campo: gladiis potius res tristis agetur.
Scilicet hoc illi praelium inire sciunt
Fortes Euboeae domini. — — —

(Brunck T. I. p. 41. fr. 4. Iacobs.)

Plutarch. in Theseo T. I. p. 10. Ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας, καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηῒς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. Οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείραντο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον, οὐχ ὑπ' Ἀράβων διδαχθέντες, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν, οὐδὲ Μυσοὺς ζηλώσαντες, ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχίμαχοι καὶ μάλιστα δὲ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀρχίλοχος ἐν τούτοις· Οὔ τοι πόλλ' ἐπὶ κ. τ. λ. Cuius tonsurae causam deinde addit: Ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις. Cf. Brodaeum Miscellan. L. III. c. 8. De Abantibus autem Hom. Il. β. v. 536. Οἱ δ' Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες. Ubi postquam varias quas habitabant urbes enumeravit, de ipsorum virtute bellica et ἀγχιμαχίᾳ sic canere pergit v. 540.

Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος,
Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων·
Τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες,
Αἰχμηταὶ, μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσιν
Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι.

Ubi vide schol. — Scribit Guy Itiner. Litterar. in Graeciam T. I. p. 108. versionis germanicae, apud Thraces et Graecos Negroponti id genus tonsurae adhuc moris esse, aliosque populos, qui ea utuntur, nominat.

V. 2. Μῶλον Ἄρης συνάγῃ. Imago proelii Archilocho cum Homero communis. Il. β. Εὐχόμενος θάνατόν τε φυγεῖν καὶ μῶλον Ἄρηος. Ita etiam Il. π. 245. et σ. 134. Eodem modo quoque συνάγειν de proelio committendo Homero usitatum. Il. ε. 861. ξ. 149. ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος, et τ. v. 275. ἵνα καὶ ξυνάγωμεν Ἄρηα. Il. π. 764. ὑσμίνην συνάγειν.

V. 3. Ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον. Quod Homerus de curis et aerumnis epitheton adhibet fragm. 48. πολύστονα κήδεα, Archilochus ad res bellicas tot aerumnis et gemitibus plenas adhibet, proelium πολύστονον ἔργον ξιφέων dicens. Homerus vero de armis et πολύστονος et στονόεις utitur. Il. ο. 451. πολύστονος ἔμπεσεν ἰός. Odyss. φ. v. 12. ψ. 180. ἐφίει βέλεα στονόεντα.

Ξιφέων ἔργον. ipsa pugna, qua οἱ σταδὴν μαχόμενοι confligunt. Hom. Il. δ. 471.

ἐπ' αὐτῷ δ' ἔργον ἐτύχθη
Ἀργαλέον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν.

item v. 539.

V. 4. Δαίμονες, periti, Brunck pro δαήμονες, quod in Plutarcho est, et metrum non admittit, reposuit, et Bryanus, monente Iacobs, in Codd. invenit. Etym.

M. v. αἵμων· ἐϛι δαίω τὸ γινώσκω ἢ μανθάνω, ἀφ' οὗ δάσκαλος καὶ διδάσκαλος καὶ δαίαλος καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ δαίδαλος ὁ ἐπιϛήμων· καὶ δαίμων, ὁ αὐτοδίδακτος καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ δ αἵμων. Hesych. Δαίμων. δαήμων. Hac significatione vocem δαίμων olim in usu fuisse, colligere licet ex Cratyl. Platon. T. III. p. 259. Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὥς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. Καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα.

LI.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ,
Ἔντος ἀμώμητον, κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. ἀσπὶς ἐκείνη
Ἐῤῥέτω· ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

Kühnii versio.

Saius ovat clypeo, qui post fruticeta relictus
Excidit invita, morte premente, manu,
Dum fugiens animum servo. sed o iste valeto!
Non minor amisso mox mihi erit clypeus.

Fragmentum hoc per partes a pluribus scriptoribus est servatum. Occurrit primum distichon apud Aristophanem Εἰρήν. 1296. in contextu, ubi schol.: Ἀρχιλόχου δέ ἐϛι τὸ δίϛιχον· οὕτω δὲ ἔγραφε ἐπὶ τῇ ἀποῤῥίψει τῆς ἀσπίδος. Habet idem et Strabo p. 457 et 549, unde in excerptis ex Strabone inter Geographos minores T. I. p. 517. initium eius adfertur. Item auctor vitae Arati in Ura-

nolog. Petavii p. 268. Primum distichon et tertii versus partem usque ad τέλος adfert Sextus Empir. in Pyrrh. Hypotyp. L. III. c. 24. s. 216. Ἀρχίλοχος δὲ, ὥσπερ σεμνυνόμενος ἡμῖν ἐπὶ τῷ τὴν ἀσπίδα ῥίψας φεύγειν, ἐν τοῖς ποιήμασιν περὶ αὑτοῦ φησί· Ἀσπίδι κ. τ. λ. Tandem reliqua secundi distichi cum primo, omisso tamen priori colo versus tertii (αὐτὸς — τέλος) citat Plutarchus de Lacon. Institutis T. VI. p. 888, 889. qui propter hos versus Archilochum Lacedaemone eadem, qua venit, hora exire iussum esse addit. Hunc locum spectat etiam Philostratus p. 55. Vita Apollon. Ἆρ' οὐ κίβδηλόν τε καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἀποβεβληκότα μᾶλλον ἢ οἱ πονηροὶ ϛρατιῶται τὰς ἀσπίδας; καίτοι ἀσπίδος μὲν ἀποβληθείσης ἑτέρα γένοιτ' ἂν τῷ ἀποβαλόντι, κακίων οὐδὲν τῆς προτέρας, ὡς Ἀρχιλόχῳ δοκεῖ· φιλοσοφία δὲ πῶς ἀνακτητέα τῷ γε ἀτιμάσαντι αὐτὴν καὶ ῥίψαντι.

Turpissimum vero olim fuisse abiecto scuto fugere aut e proelio redire, ex scriptoribus notum. Aelian. V. H. L. X. c. 13. Καὶ ἔτι τούτων αἴσχιϛον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν (ὁ Ἀρχίλ.). vid. ibi Kühnium p. 509. et quos citat. Item Erasm. Chil. II. Cent. II. 97. Caryophil. de Clyp. Veter. p. 74. et seqq. Klotz ad Tyrtaeum p. 54. not. ἀτιμία. Inprimis vero hoc Lacedaemone ignominiosum erat et crimini dabatur, cuius rei causam Plutarchus in Apophthegmat. Lacon. T. VI. p. 823. adfert: Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ τί τοὺς μὲν τὰς ἀσπίδας παρ' αὐτοῖς ἀποβαλόντας ἀτιμοῦσι, τοὺς δὲ τὰ κράνη καὶ τοὺς θώρηκας, οὐκ ἔτι; ὅτι, ἔφη (Δημάρατος), ταῦτα μὲν χάριν ἑαυτῶν περιτίθενται· τὴν δ' ἀσπίδα τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα. At Archilochus hac in re et alios magni nominis poetas imitatores habuit, Alcaeum et Horatium, qui ipsi, ut Archilochus, idem de se in carminibus suis fa-

teri non dubitarunt. De Alcaeo Herodot. Terps. 95. Πολεμεόντων δέ σφεων παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγίνετο ἐν τῇσι μάχῃσι· ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι, καὶ σφέα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. Ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωϋτοῦ πάθος Μεναλίππῳ ἀνδρὶ ἑταίρῳ. Vid. Plutarch. T. IX. p. 406. de malignit. Herodot. et Fulv. Ursin. in fragmentis Poetarum Lyricorum p. 314. Strabo p. 895. Horatius autem L. II. Od. 7, 10:

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

Quem tamen Lessingius defendit T. III. p. 191. De hac φιλοψυχίᾳ poetarum cf. etiam Muretum Var. Lect. L. IX. c. 2.

Σαΐων. Sais urbs Aegypti et Thraciae; illius incolae Saitae, huius Saii vocati, de quibus hic sermo est. Auctor vitae Arati in Uranologio Petavii p. 268. Οὐδὲ δὲ θαυμαστὸν, εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος διάφορα τὰ πολιτῶν ὀνόματα. καὶ γὰρ Σάϊς πόλις ἐστὶν ἐν Θρᾴκῃ, καὶ ἑτέρα ταύτῃ ὁμώνυμος ἐν Αἰγύπτῳ· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ οἱ πολῖται Σαΐται καλοῦνται, οἱ δὲ τῆς Θρᾴκης Σάϊοι, ὡς καὶ Ἀρχίλοχός φησιν· Ἀσπίδι μὲν κ. τ. λ. Schol. Aristoph. Εἰρήν. 1296. οὗτος δὲ Ἀρχίλοχος ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαΐους μάχῃ, (ἐστι δὲ ἔθνος Θρᾴκης) καὶ φοβηθεὶς ἔφυγε ῥίψας ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα. Accuratius vero de Saiis Strabo p. 457. Τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαι φασὶν ἀπὸ τῶν Σαΐων τῶν οἰκούντων Θρᾳκῶν πρότερον, οἳ καὶ τὴν ἤπειρον ἔσχον τὴν προσεχῆ, εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις ὄντες, ἢ τοῖς Σιντίοις, οὓς Σίντιας καλεῖ ὁ ποιητὴς (Odyss. θ. 295.), εἴθ' ἕτεροι.

μέμνηται δὲ τῶν Σαΐων Ἀρχίλοχος. Eustathius ad Dionys. Perieget. v. 533. Thraciam ipsam ab hoc populo Samum (Samothraciam) vocatam esse refert. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Σάμος λέγεται ἡ Θρᾳκία, οἱονεὶ Σάος τις, καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ μ Σάμος, ἀπὸ Σαΐων ἔθνους παλαιοῦ οἰκήσαντος αὐτὴν, οὗ μέμνηται Ἀρχίλοχος ὁμολογῶν ἄχραντον τὴν αὑτοῦ ἀσπίδα ἐν τῇ φυγῇ πολέμου ῥίψαι παρ' αὐτοῖς. Nominis mutationes, quas progrediente tempore varias hic populus subiit, commemorat idem Strabo p. 549. Καὶ ταῦτα τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις πολλὰς δεχομένων καὶ μάλιϛα ἐν τοῖς βαρβάροις. Σίντιες γὰρ ἐκαλοῦντό τινες τῶν Θρᾳκῶν, εἶτα Σίντοι, εἶτα Σάϊοι, παρ' οἷς φησιν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥίψαι. — — Οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σάπαι νῦν ὀνομάζονται. Πάντες γὰρ οὗτοι περὶ Ἄβδηρα τὴν οἴκησιν εἶχον καὶ τὰς περὶ Λῆμνον νήσους. Et Excerpta ex Strabone T. II. p. 157. Ad hoc fragmentum referendus videtur etiam locus Pausaniae in Achaicis p. 215, 36. ubi auctor memoriae lapsu ἐν ἰάμβῳ scripsit. Περσεῖ γὰρ τῷ Φιλίππου πρὸς Ῥωμαίους ἄγοντι εἰρήνην κατὰ συνθήκας, ἃς ὁ πατήρ οἱ Φίλιππος ἐποιήσατο, ἐπῆλθεν ὑπερβῆναι τοὺς ὅρκους, καὶ ἐπί τε Σαπέων τὸν βασιλέα (καὶ) Ἄβρου πόλεως ϛράτευμα ἀγαγὼν, ἐποίησεν ἀναϛάτους, Ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. Σαπέων δὲ τούτων καὶ Ἀρχίλοχος ἐν ἰάμβῳ μνήμην ἔσχε. Saiorum nempe, qui tempore Pausaniae, non vero Archilochi, Sapae dicti sunt, Pausaniam voluisse mentionem facere arbitror. De Saiis vide, quem citat Iacobs, Gatterer. in Commentar. Soc. reg. Gotting. p. 57.

V. 1. Ἀσπίδι — ἀγάλλεται. Excerpta ex Strabon. T. II. p. 517. Ἀσπίδα — ἀνείλετο habent.

Παρὰ θάμνῳ. Sic Aristophan. Sextus Empir. Strabo p. 457. sed in margine: al. περὶ θάμνῳ, et sic etiam in Plutarcho. At in Strabone p. 549. περὶ θάμνον. Verum cum παρὰ et περὶ saepe permutata sint, (vid. Casaub. Athenaei Commentar. C. VII. p. 15.) et παρὰ ex observatione grammaticorum absque motus significatione maxime accusativum adsciscat, praestat fortassis legere περὶ θάμνῳ. Vid. cl. Schütz. ad Aeschyl. T. I. in notis p. 79.

V. 2. Ἔντος ἀμώμητον pro ἐντὸς ἀ. Brunckius reposuit, qui observat, vocem hanc singulari numero parum usurpari, ἔντεα vero apud poetas esse frequentissimum. Eustathius ἀμώμητον supra per ἄχραντον interpretatur.

V. 3. Hunc versum quidam assumto initio sequentis ex Aristophane explent, non cognito loco Sexti Empirici, sic: ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών. Sed haec non esse Archilochi, patet ex scholiaste, qui tantum distichon Archilochi esse dicit.

Θανάτου τέλος. Pro θάνατον circumlocutione poetis ab Homero iam frequentissima. Hom. Il. ι. 415. οὐδέ κέ μ' ὦκα τέλος θανάτου γε κιχείη. item Il. ε. 553. χ. 361. Odyss. ω. 125. Sic etiam Hesiodus Ἔργ. 165. Aeschyl. Suppl. v. 908. Inservit quoque τέλος et alias circumlocutioni. Sic idem Aesch. Suppl. v. 49. διὰ μάχης ἥξω τέλους. et Eum. v. 431. αἰτίας τέλος pro αἰτία. et 726. δίκης τέλος pro δίκη dicitur.

V. 4. Ἀσπὶς ἐκείνη Ἐῤῥέτω. Homericum. Il. ι. 377. Ἀλλὰ ἕκηλος Ἐῤῥέτω. item υ. v. 349. Odyss. ε. 139.

Ἐξαῦτις, ut supra fragm. 48. more ionico pro ἐξαῦθις. Sic et Homerus. Muretus l. c. ἢ αὖθις.

LII.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος,
Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Martis ego regis strenuus pugnare satelles,
At Musarum etiam munera grata scio.

(Brunck. Anal. T. I. fr. 2. Iacobs V. I. P. I. p. 150.)

Athenaeus L. XIV. p. 627. C. Ἀρχίλοχος οὖν ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς πρῶτον ἐκαυχήσατο τὸ δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων. δεύτερον δὲ ἐμνήσθη τῶν περὶ τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῷ, λέγων· Εἰμὶ δ' ἐγὼ κ. τ. λ. Item Plutarchus in Phocione T. IV. p. 306. et Themistius Orat. de regia virt. XV. p. 185. B.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων. Plutarchus et Themistius habent Ἀμφότερον θεράπων. Sed hanc vocem non esse Archilochi, iam satis ostendit ipsa sententia, quae ea potius carere quam verbo finito potest. Praeterea patet hoc etiam ex parodia horum versuum, qua usus est Demaratus Lacedaemonius. Cum enim Hadrianus Caesar vel Germanicus in contemtum Graecorum epigramma scripsisset, posuissetque: Ἕκτορ ἀρήϊον αἷμα κ. τ. λ. (vid. Anal. T. II. p. 285.) Demaratus clam subscripsit: Θάρσυνοι· οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι πρόσωπον. (qui versus parodia est v. 70. Il. ο.) Iubente igitur Caesare in auctorem inquiri, denuo subscripsit haec Archilochum imitans:

Εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστῆς·
Εἰμὶ δὲ καὶ θεράπων Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος.

Θεράπων μὲν Ἐνυαλίου. Martis ministerio addictus, i. e. miles sive bellator strenuus. Ab Homero

θεράποντες Ἄρηος Ulysses et Diomedes dicuntur Il. τ. 47, utpote bellatores maxime strenui. Il. η. v. 383. Scholia addunt: ὑπηρέται τοῦ Ἄρεος, πολεμικοί. Ceterum θεράπων etiam ad aliorum Deorum ministeria, quibus quis addictus est et excellit, saepe adhibetur. Theogn. 747. Χρὴ Μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν. Ipsum oraculum Archilochum Μουσῶν θεράποντα vocavit. vid. Commentar. §. XVII. not. e). Socrates θεράπων Ἔρωτος dicitur (Maxim. Tyr. T. I. Dissert. 24. p. 459.), qui in Sympos. Xenoph. VIII, 1. se ipsum et convivas θιασώτας Ἔρωτος esse dicit.

Ἐνυαλίοιο ἄνακτος. Enyalius idem cum Marte plerumque habetur et a Grammaticis traditur. Schol. Il. β. 651. Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ explicat τῷ Ἄρει. Archilochus ipse fragm. 74. Homerum imitatus, Ἄρην appellat, qui ab Homero Ἐνυάλιος dicitur. Sed aperte distinguitur a Marte apud Aristophan. Εἰρήν. 456. Ἄρεϊ δέ; — μὴ, μή — Ἐνυαλίῳ γε; — μή. Ubi scholiastes notat: Πρὸς τοὺς οἰομένους τῶν νεωτέρων τὸν αὐτὸν Ἄρεα εἶναι καὶ Ἐνυάλιον κατὰ τὸ ἐπίθετον. Τινὲς δὲ Ἄρεος καὶ Ἐνυοῦς τὸν Ἐνυάλιον· οἱ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας. Ἀλκμᾶνα δὲ λέγουσιν, ὅτε μὲν τὸν αὐτὸν λέγειν, ὅτε δὲ διαιρεῖν. Et schol. ad Il. ε. v. 333. Ἡ γὰρ αὐτὴ Ἐνυὼ δαίμων ἐςὶ πολεμικὴ, ἧς οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναί φασι τὸν Ἄρεα, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον μητρωνυμικῶς. Hesych. Ἐνυάλιος· ὁ Ἄρης, ἢ ὁ τούτου υἱὸς διὰ τὴν Ἐνυώ. Munera eius Plutarchus describit Ἐρωτ. T. IX. p. 35. Καὶ κτείνοντας μὲν ἄρα καὶ κτεινομένους ἀνθρώπους, ὅπλα τε καὶ βέλη καὶ τειχομαχίας καὶ λεηλασίας ἐςί τις ἐφορῶν καὶ βραβεύων

θεὸς Ἐνυάλιος καὶ ϛράτιος. De compellatione deorum ἄναξ vide fragm. 4. ἄναξ Ἄπολλον.

V. 2. Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιϛάμενος. Themistius Μουσάων. Poesis vel carmina Musarum dona sunt, quum, quae dii finguntur efficere, curare vel tribuere, dona eorum vocari soleant. Solon. fragm. 5. v. 51. Ἄλλος Ὀλυμπιάδων Μουσῶν πάρα δῶρα διδάχθη. Mosch. Idyll. γ. Πάντα τοι, ὦ βοῦτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν. vide fragm. 36. Agit de hoc etiam Dorville Vann. Crit. p. 642. et seqq.

LIII.

Οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι, οὔτε κάκιον
Θήσω, τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

Versio Xylandri.

Nam neque restituam lacrymis, neque deteriorem,
Quaerens delicias vinaque, rem redigam.

(Brunck Anal. T. I. p. 41. fr. 7. Iacobs Vol. I. P. I. p. 153.)

Plutarch. de audiend. T. VI. p. 117. Πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος, λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος, αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν· Οὔτε τι γὰρ κλαίων κ. τ. λ.

Ἰήσομαι. Sensu translato, ut Eurip. Orest. 650, 51. Ἁμαρτίαν Τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τ' ἰώμενος. Comicus Plut. v. 1088. Οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται. Aristid. de Marco Aurelio T. I. p. 59. de eius in rempublicam meritis: Ἰωμένου τὰ ὕπουλα καὶ νενοσηκότα αὐτοῦ.

LIV.

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
Ἥφαιςος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.

Xylandri versio.

Si caput illius pulchraque membra simul
Vulcanus puris tunicis velata cremasset.

Plutarchus de audiend. poet. T. VI. p. 81. Ὅταν δὲ (Ἀρχίλοχος) τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάττῃ, καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγῃ θρηνῶν, μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, Εἰ κείνου κεφ. κ. τ. λ. — — τὸ πῦρ οὕτως, οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσε.

Ἀμφεπονήθη. Sic Plutarch. Reiskii, quod etiam Wyttenbach, ut ex Animadvers. Iacobsii video, servavit. Brunckius ἀμφεπολήθη. Sed iam in Homero etiam illud verbum de curandis mortuis usurpatur. Odyss. υ. v. 307. Καί κέ τοι ἀντὶ γάμοιο πατὴρ τάφον ἀμφεπονεῖτο. Il. ψ. 159. τάδε δ' ἀμφιπονησόμεθ', οἷσι Κήδεός ἐςι μάλιςα νέκυς.

LV.

Πολλὰ δ' εὐπλοΐμου πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι
Θεσσάμενοι γλυκερὸν νόςον — — —.

Orantes multum, placidis sibi ut aequoris undis
Contingat suavis reditus — — —.

Scholiast. Apollon. Rhodii L. I. v. 824. Θεσσάμενοι· Ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες. θέσθαι γὰρ τὸ αἰτῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι. καὶ Ἡσίοδος· Θεσσάμενος γενεὴν Κλεαδαίου κυδαλίμοιο. καὶ Ἀρχίλοχος· Πολλὰ δ' κ. τ. λ.

Ἐϋπλοΐμου. Sic pro εὐπλοκάμου reponendum censui, quod in scholiaste est, et mari nullo modo convenire potest; εὐπλόϊμος vero, sicut πλόϊμος, aptum est epitheton maris. Hesych. Εὐπλόϊμος· εὔπλωτος.

Πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι. Cum Homero Archilochus consentit Il. ε. 333. Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξ ἔμμορε τιμῆς. Aeschyl. Pers. 425. πελαγίαν ἅλα, et Eurip. Androm. 1012. ἅλιον πέλαγος vocat. Πολιὸς etiam inde iam ab Homero perpetuum maris epitheton. Iliad. α. v. 350. ubi scholiast. explicat λευκῆς διὰ τὸν ἀφρόν, qui et ipse πολιὸς dicitur. Philipp. Thessalon. epigr. 3. T. II. p. 226. Callimach. hymn. in Del. v. 14. Homer. Il. φ. v. 58. πόντος ἁλὸς πολιῆς. Theogn. v. 10. Γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

Θεσσάμενοι. Iam supra a scholiaste Apollon. Rhod. explicatum. Adde Hesychium: Θέσσεσθαι· αἰτεῖν, καθῆσθαι, ἱκετεύειν. Θέσσαντο· ἱκέτευσαν. Θεσσόμενος· δεόμενος, ζητούμενος, ἱκετεύων. ad quae vide Interpp. Item Θησάμενοι· αἰτησάμενοι. Κρῆτες. Antipater Sidon. epigramm. 108. v. 5. Νόςιμον εὐπλοΐην ἀρᾶτό τις.

Inter fragmenta vero elegiarum haec posui, tum quia ultima verba facile indicant pentametri initium, tum etiam quia Archilochum epico versu continuo scripsisse auctores non memorant. Nam Nicephorum, qui sua aetate Archilochum ipsum iam non legit, ea in re deceptum esse, supra ostendi. (vid. in Commentar. §. XIX.) Neque dubito, hoc fragmentum, sicut etiam praecedentia, partes

esse elegiae, vel elegiarum, quibus in obitum mariti sororis suae per naufragium conscriptis, vel in questus se profundebat, vel animum a luctu revocare, seque ipse aliosque de eius interitu consolari studuit. Ad has etiam pertinuit animadversio Longini s. 10. n. 7. potius, quam ad trochaicum tetrametrum, quo Tollius referri vult, cum de naufragio sermo sit, de quo his carminibus questus est. Τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο (Ὅμηρος) καὶ μονονοὺκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου ἰδίωμα. οὐκ ἄλλως Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου.

LVI.

Ἀρχίλοχος τὸν Νάξιον (οἶνον) τῷ νέκταρι παραβάλλει, ὅς καί που φησί·

Ἐν δορὶ μέν μοι μάζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Versio Dionysii Petavii ad Synesium.

Maza mihi hastato praebetur, Bacchus in hasta
Ismaricus; dum me sustinet hasta, bibo.

Athenaeus Lib. I. p. 30. F. Synesius Epistol. CXXIX. Suidas v. ὑπνομαχῶ et partem eius v. Ἰσμαρικὸς οἶνος. Eustathius Odyss. ι. T. III. p. 1682.

V. 1. Μάζα. Hesych. ἄρτος, φύραμα· κυρίως δὲ μάζα ἡ τροφὴ ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου. Etiam scholiastes Aristophanis Εἰρήν. v. 1. hanc posteriorem explicationem adfert. Hesiodo Ἔργ. 588. μάζα ἀμολγαίη dicitur,

quam Tzetzes inter alia exponit ἄρτον — γάλακτι πεφυρμένον. Sed videtur sane μάζα aliud antiquioribus, aliud posterioribus temporibus fuisse, ideoque varie apud auctores exponi et intelligi. A pane, ἄρτῳ, certe distinctam fuisse μάζαν apud veteres manifestum est. Aristophan. Ἐκκλησ. v. 602. Ἄρτους, τεμάχη, μάζας. item Πλοῦτ. v. 192. ubi schol. διενήνοχεν ἄρτος καὶ μάζα, ὅτι ὁ μὲν ἄρτος πάλιν μεμάλακται, ἡ δὲ μάζα νῦν καὶ πρώην. quae plane non satisfaciunt. Etiam v. 852. Οὐ γὰρ ἐθελήσει φαγεῖν Οὔτ' ἄρτον οὔτε μάζαν. Lysias contra Andocid. Ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης κάκιστον καὶ οὐκ ἐδύνατο ἐσθίειν. Adde Xenophont. Cyrop. L. I. c. 2, 11. Unde satis apparet, ἄρτον et μάζαν, quam Küsterus turundam interpretatur, non fuisse eadem. Optime vero hanc rem dilucidavit Marsilius Cagnatus Variar. Observat. L. I. c. 29, ubi praecipue ex Hippocrate ostendit, ἄρτον et μάζαν ubique distingui, et ita quidem differre, ut panis, ἄρτος, e tritico, μάζα vero ex hordeo conficeretur. Ad quod probandum classicum locum eius ex libro de veteri medicina hunc adfert: Ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πτίσαντες, καὶ καταλέσαντες, καὶ διασήσαντες καὶ φυρύξαντες καὶ ὀπτήσαντες ἀπετέλεσαν ἄρτον, ἐκ δέ γε τῶν κριθῶν μάζαν. Apud posteriores vero scriptores vocabulum μάζα aliter usurpari coeptum est. Ceterum maza inter viliores et populares cibos erat, uti ex Aristophane in Pluto manifestum est, ubi Cario mazam inter cibos servorum commemorat. Vid. Marsil. Cagnat. l. c.

Οἶνος Ἰσμαρικός. Suid. hac voc. Ἴσμαρος δὲ πόλις ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη. Ita quoque Hesych. Stephanus Byzant. Ἴσμαρος· πόλις Θράκης τῶν Κικόνων. et v. Μαρώνεια· πόλις Κικονίας κατὰ τὴν ἐν Θράκῃ

χεῤῥόνησον. Eius incolae Maronitae dicuntur. Item mons Thraciae, ad quem urbs videtur sita fuisse; unde et mons et urbs vino celebris. Virgil. Georg. L. II. v. 37. Iuvat Ismara Baccho Conserere. Vinum hoc generosissimum, quod ab altero urbis nomine etiam Μαρώνειον dictum est, iam Homerus celebrat Odyss. ι. v. 196. seqq.

— — — Αἴγεον ἀσκὸν ἔχων μέλανος οἴνοιο
Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐανθέος υἱὸς,
Ἱρεὺς Ἀπόλλωνος, ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει.

Cuius vini virtutes paullo post sic describit v. 204.

Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας
Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτὸν — — —
Τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν,
Ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
Χεῦ'· ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Θεσπεσίη· τότ' ἂν οὔπω ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Unde Plinius L. 14. c. 4. Vino antiquissimo claritas Maroneo in Thraciae maritima parte genito, ut auctor est Homerus. — et paullo post: Maroneum vicies tanto addito aquae miscendum. Homerus prodidit. Atque hoc, utut fabulosa videri possint, Mutiani ter consulis, qui tanto tempore post res Troianas in ea regione fuit, testimonio confirmatum esse refert, singulos sextarios vini octonis aquae misceri. Vid. et Eurip. Κύκλ. v. 141.

Simile huic fragmento Archilochi est illud scolion Hybriae, poetae Cretensis, apud Athenaeum L. XV. p. 695. F. quod ab Hermanno de Metris Graecorum sic constituitur:

Ἔςι μοι πλοῦτος μέγα δόρυ
Καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός.
Τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω,
Τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον
Ἀμπέλω, τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι. κ. τ. λ.

LVII.

Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
Εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Ficus cornices ut alens in rupe frequentes,
Externos recipit sic bona Pasiphile.

(Brunck T. III. in Lectt. p. 256. fr. 45. Iacobs Vol. I. P. I. p. 178.)

Athenaeus L. IX. p. 594. B. et seqq. Διαβόητος δ' ἑταίρα γέγονε καὶ ἡ Μιλησία Πλαγγὼν, ἧς περικαλλεστάτης οὔσης ἠράσθη τις νεανίσκος Κολοφώνιος, Βακχίδα ἔχων ἐρωμένην τὴν Σαμίαν. Λόγον οὖν προσενέγκαντος τοῦ νεανίσκου πρὸς αὐτὴν, ἡ Πλαγγὼν ἀκούσασα τῆς Βακχίδος τὸ κάλλος, καὶ ἀποτρέψαι θέλουσα τὸν νεανίσκον τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος, ὡς ἀδύνατον ἦν, ᾔτησε τῆς συνουσίας μισθὸν τὸν Βακχίδος ὅρμον διαβόητον ὄντα. Ὁ δὲ σφοδρῶς ἐρῶν ἠξίωσε τὴν Βακχίδα μὴ περιϊδεῖν αὐτὸν ἀπολλύμενον· καὶ ἡ Βακχὶς τὴν ὁρμὴν κατιδοῦσα τοῦ νεανίσκου ἔδωκε. Πλαγγών τε τὸ ἄζηλον συνιδοῦσα τῆς Βακχίδος, τὸν μὲν ἀπέπεμψεν ἐκείνῃ, τῷ δ' ὡμίλησε, καὶ τοῦ λοιποῦ φίλαι ἐγένοντο, κοινῶς περιέπουσαι τὸν ἐραστήν. Ἐφ' οἷς Ἴωνες ἀγασθέντες, ὥς φησι Μενέτωρ ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων, Παμφίλαν ἐκάλουν τὴν Πλαγγόνα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀρχίλοχος περὶ αὐτῆς ἐν τούτοις· Συκῆ πετραίη κ. τ. λ. De Plangone aliqua etiam exstat epigramma Asclepiad. T. I. p. 217. ep. 29. quae Veneri flagellum purpureum et frena dedicat, victoria de sui generis muliere reportata.

Πορφυρέην μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Πλαγγὼν εὐΐππων θῆκεν ἐπὶ προθύρων,
Νικήσασα κέλητι Φιλαινίδα τὴν πολύχαρμον.

Πασιφίλη. Brunck. Πασιφάη.

LVIII.

Ξείνια δυσμενέσιν λυγρὰ χαριζόμενος.

Hostes muneribus tristibus afficiens.

Schol. Sophoclis Ἠλέκτ. v. 96. Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξείνισε — ἀντὶ τοῦ ἀπέκτεινε. ξένια γὰρ Ἄρεος τραύματα, φόνοι. καὶ Ἀρχίλοχος· Ξείνια (mal. Ξένια) δ. λ. χ. Eadem habet Suidas v. ξένια et ἐξένισεν.

Ξείνια. Euripid. Helen. 487. Θάνατος ξένιά σοι γενήσεται. Sic et ipse Archilochus infra fragm. 85. naufragium et mala, quae a mari oriuntur, ἀνιηρὰ Ποσειδῶνος δῶρα vocat. Mnasalc. Anal. T. I. p. 191. epigr. 6.

Ἰοὺς δὲ πτερόεντας ἀνὰ κλόνον ἄνδρες ἔχουσιν
Ἐν κραδίαις ὀλοὰ ξείνια δυσμενέες.

Ubi vid. Iacobs Animadvers. Vol. I. P. I. p. 401. qui et hunc nostri Archilochi locum non omisit.

E P O D O R U M
F R A G M E N T A.

LVIIII.

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε·
Ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κἀετὸς ξυνωνίην
Ἔθεντο. — — —

Haec inter homines fabula est:
Aliquando vulpes atque aquila consortium
Iniere. — — —

(Brunck T. I. p. 46. fr. 38. Iacobs Vol. I. P. I. p. 173.)

Ammonius de Different. v. *αἶνος καὶ παροιμία·* — *ὁ μὲν γὰρ αἶνός ἐστι λόγος κατὰ ἀναπόλησιν μυθικὴν ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος, ὥς φησι Λούκιος Ταῤῥαῖος ἐν πρώτῳ Παροιμιῶν. οἷον ἀπὸ ἀλόγων, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ· Αἶνός τις κ. τ. λ.* Occurrunt iidem versus in scholiis minoribus ad Odyss. ξ. v. 509. apud Eustath. Il. λ. T. II. p. 885, 4. et T. III. p. 1768, 61. apud Apostolium in praefat. p. 2. Fragmentum autem epodi esse videtur, cui aliquid ut prooemium praemissum fuit, sicut fit in sequenti fragmento, et constitisse versibus trimetris, subiecto dimetro, quales sunt plures epodi Ho-

ratii, ut statim prima: Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. Tales vero epodos Archilochum scripsisse in Lycamben et in iis fabulis usum esse testantur auctores. M. Victorinus L. II. p. 2552. Est enim hoc carmen (iambicum) aptum lacerationi et conviciis, plerumque trimetro versu, epodo sequente, compositum, ut: Malo soluta navis exit alite Ferens olentem Maevium. Archilochus in Lycamben hoc metro saevit. Terentian. p. 2428, ubi sermo de epodo est, cuius iambico trimetro subiicitur dimeter: Archilochus isto saevit iratus metro Contra Lycambem et filias. Philostrat. Imag. 3. p. 766. Ἐμέλησε μὲν γὰρ Ὁμήρῳ μύθου καὶ Ἡσιόδῳ, ἔτι δὲ καὶ Ἀρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην. Unde verisimile est, versus ita, ut constitui, recte constitutos esse. Cl. Valckenarius ad Ammonium eos primum in iambicos dimetros, et in nota 17, insertis quibusdam verbis, in trimetros sic redigit:

Αἶνός τις ἐς' ἀρχαῖος ἀνθρώπων ὅδε,
Ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ τε κἀετὸς
Ξυνωνίην ἔθεντο.

Atque Brunckius eum sequitur. Verum haec verba ad explendum numerum precario assumta esse patet, non suffragantibus auctorum locis, in quibus nec vestigium eorum apparet: nam κερδαλῆ ad sequens fragmentum manifesto pertinet. Aristoph. Ὄρν. 652. haec fabula Aesopo tribuitur. Sic enim Pisthetaerus:

— — Ὅρα νῦν, ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις
Ἔςιν λεγόμενον δή τι· τὴν ἀλώπεχ' ὡς
Φλαύρως ἐκοινώνησεν αἰετῷ ποτε.

Sed scholiastes recte observat, ὅτι σαφῶς ἀνετίθεσαν Αἰσώπῳ τοὺς λόγους, καὶ τοῦτον τὸν παρὰ Ἀρχιλόχῳ λεγόμενον, καίτοι πρεσβυτέρῳ. Tribuebant enim

Strabo L. XIV. p. 647. Καὶ τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερίου ἔθνους εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον. Καλλῖνος μὲν οὖν εὐτυχούντων ἔτι Μαγνήτων μέμνηται καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ· Ἀρχίλοχος δὲ ἔτι (l. ἤδη) φαίνεται γνωρίζειν τὴν γενομένην αὐτοῖς συμφοράν· Κλαίειν Θ. κ. τ. λ. Ἐξ οὗ καὶ νεώτερον εἶναι Καλλίνου τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. Fragmentum hoc ad trimetros iambicos videtur pertinuisse, cui fortasse tantum copula δὲ excidit: Θάσον δὲ κλαίειν κ. τ. λ. Deplorat poeta Thasum, quae iisdem malis peritura est, quibus Magnetes perierunt. Theogn. v. 1061. Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα. et antea iam v. 163. Τοιάδε καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα καὶ ὕβρις,

Οἷα τανῦν ἱερὴν τήνδε πόλιν κατέχει.

Magnesia vero Ioniae oppidum ad flumen Maeandrum, distans ab Epheso, ut Plinius L. V. c. 29, sedecim millia passuum, circa quam L. Scipio Antiochum regem magna clade affecit. Similia loco Strabonis habet etiam Clemens Alex. Stromat. p. 397. Μέμνηται οὖν (Ἀρχίλοχος) καὶ τῆς Μαγνήτων ἀπωλείας προσφάτως γενομένης. Σιμωνίδης μὲν οὖν κατὰ Ἀρχίλοχον φέρεται· Καλλῖνος δὲ πρεσβύτερος οὐ μακρῷ. τῶν γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχίλοχος ἀπολωλότων, ὁ δὲ εὐημερούντων μέμνηται. Id quod factum esse paullo ante Olymp. XX. videtur. Unde Athenaeum memoria lapsum esse, vel

falsa narrare patet, qui Callinum et Archilochum de Magnetum interitu eadem referre scribit L. X. p. 525. Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι, ὥς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις καὶ Ἀρχίλοχος· ἑάλωσαν γὰρ ὑπὸ Ἐφεσίων. Ubi etiam Ephesiis tribuit, quod Strabo de Treribus, populo Cimmerio, refert. De bello autem Magnetum contra Ephesios, quocunque tempore id acciderit, Aelianus V. H. L. 14. C. 46. narrationem habet, qua scribit, singulos equites Magnetum in proelium secum canem et servum adduxisse commilitones; cum vero iam proelium commissuri essent, canes primo immissos esse, ut ordines turbarent; deinde servos ante dominos prosiluisse et iaculatos esse; tandem ipsos dominos hostem aggressos.

LXXXVII.

Πανελλήνων ὀϊζὺς ἐς Θάσον συνέδραμεν.

Omnium Graecorum miseria in Thasum confluebat.

Strabo p. 370. Περὶ δὲ τῆς Ἑλλάδος καὶ Ἑλλήνων καὶ Πανελλήνων ἀντιλέγεται. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὸν ποιητὴν μηδαμοῦ βαρβάρους εἰπεῖν φησὶ, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω τὸ ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ μόνους τοὺς ἐν τῇ Θετταλίᾳ καλεῖσθαι φησὶν Ἕλληνας. Ἡσίοδον μέντοι καὶ Ἀρχίλοχον ἤδη εἰδέναι καὶ Ἕλληνας λεγομένους τοὺς σύμπαντας καὶ Πανέλληνας· τὸν μὲν περὶ Προιτίδων λέγοντα, ὡς Πανέλληνες ἐμνήστευον αὐτάς· τὸν δὲ, ὡς Πανελλή-

νων ὀϊζ. κ. τ. λ. ubi si coniunctionem καὶ proposueris, tetrameter trochaicus erit. De voce βάρβαρος cf. Excurs. III. Tollii in fine Lexici Apollon. Sophistae.

LXXXVIII.

Θάσον δὲ τὴν τρισοϊζυρὴν πόλιν.

Thasum nimis quam miseram urbem vel insulam.

Eustath. Odyss. ε. T. III. p. 1542, ubi docet, τρὶς in compositis multitudinem saepe significare, ad quod illustrandum Archilochi locum adfert, et per λίαν ὀϊζυρὰν explicat. Ita quoque T. I. p. 725. Il. ϑ. variis exemplis ostendit, τρὶς in compositis idem valere, quod πολὺ, πολλάκις, ἄγαν, ubi iterum hoc Archilochi loco utitur. Consentit Plutarch. de Isid. et Osirid. T. VII. p. 441. τὸ δὲ πολλάκις εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν, ὡς τὸ τρισμάκαρες, καὶ δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσσοι ἀπείρονες. Hoc sensu etiam illud Pindari, πόνον ἐμπεδόμοχθον μετὰ τρίτον τέταρτον, dictum esse indicat Cl. Heyne, ut a Virgilio: o terque quaterque beati. Sic et poeta Germanus: *O dreymal glückliches Land.*

Τρισοϊζυρὴν πόλιν. De voce πόλις insulam significante vide fragment. 67. Etiam Hesiodus, Ascra sua non magis quam Archilochus Thaso contentus, eadem in illa improbat: Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, Ἄσκρῃ. Ἔργ. v. 625.

LXXXIX.

Ἀσίης καρτερὸς μηλοτρόφου.

Asiae dominator oves alentis.

Eustath. Odyss. o. T. III. p. 1790, 7. Ἀλλ' ὑμεῖς καρτεροὶ αἰεί· τουτέςι δεσπόται, ἐγκρατεῖς, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Ἀσίης κ. μ. Hinc corrigendus Scholiast. Euripid. Med. v. 708. καρτερεῖν δὲ βούλεται· ἀντὶ τοῦ κρατεῖν καὶ ἀντέχειν. καὶ τὸν ἐγκρατῆ λέγουσι καρτερόν. Ἀρχίλοχος· ἡ δ' Ἀσίη τε καρτερὸς μηλοτρόφος. Eodem modo Aeschylus de Asia Pers. v. 760. Ἓν' ἄνδρ' ἁπάσης Ἀ σ ι ά δ ο ς μ η λ ο τ ρ ό φ ο υ Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον. Eudoc. Viol. p. 78. de Cadmo ex Arriano: Ἔνθα Θηβαίων ἐγένετο καρτερὸς πλούτῳ εὐδοκιμῶν καὶ ἄλλῃ σοφίᾳ.

XC.

Νῦν μὲν Λεώφιλος ἄρχει,
Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται,
Λεώφιλε δ' ἄκουε.

Nunc quidem Leophilus regnat,
Leophilus dominatur,
Leophilo omnia se submittunt,
Leophile audi.

Herodianus περὶ σχημάτων in Anecdot. graecis Villoisonii T. II. p. 93. c. περὶ πολυπτώτου. — Ἔςι δὲ τὸ τοιοῦτο σχῆμα καὶ παρά τισι τῶν ποιητῶν, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἀνακρέοντι. καὶ παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ· Νῦν μὲν Λ. κ. τ. λ.

Ἄρχειν et κρατεῖν de formosis, ut Anacreon de Bathyllo Od. IX. τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων Κρατοῦντα καὶ τύραννον.

XCI.

Προτείνω χεῖρα καὶ προΐσσομαι.

Extendo manum et porrigo.

Scholiast. Aristoph. Ἱππ. v. 433. ad voc. καταπροΐξει, ubi hoc verbo eiusque origine explicata addit: Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσσω φησί. (ut nimirum sit quasi καταπροΐσσομαι.) καὶ Ἀρχίλοχος· Προτείνω χ. κ. πρ. Habet hoc fragmentum etiam Suidas v. καταπροΐξεται ex Schol. petitum; et Etymol. M. v. προίκτης. Versus videtur fuisse senarius, cui primus pes deest, vel tetrameter trochaicus, cui ab initio duo pedes et syllaba desunt.

Προΐσσομαι, idem verbum et eandem vim habere videtur, ac προΐσχομαι; unde Sopingius ad id Hesychii glossam illam refert: Προϊσχομένου· προτείνοντος χεῖρα.

XCII.

Χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι.

Bilem enim non habes in hepate.

Athenaeus L. III. p. 107. F. Δασυντέον γὰρ λέγοντας τὸ ἧπαρ. καὶ γὰρ ἡ συναλοιφὴ ἐςι παρ' Ἀρχιλόχῳ διὰ δασέος. Φησὶ γάρ· Χολὴν κ. τ. λ. Sicut autem Archilochus sedem bilis adeoque irae recte in hepate collocat, ita Theocritus et alii sedem irae vel potius signa eius in naso posuere. Idyll. α. v. 18. de Pane: καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. ubi vide Casaubonum c. I. Lection. Theocritearum. Verum hepar non tantum irae, sed etiam aliorum affectuum sedes ex opinione veterum erat. Aeschyl. Agamemn. v. 444. πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ. Sic amoris. Anacreon Od. III. τανύει δὲ (ὁ Ἔρως) καί με τύπτει μέσον ἧπαρ. ad quem locum cf. Annae Fabri et Longepetraei adnotat. qui pluribus auctorum locis eum illustrant. Contra vero de dolore animi Aeschylus Eumenid. v. 130. Ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι.

XCIII.

Πόδες δὴ κεῖθι τιμιώτατοι.

Pedes sane illic honoratissimi.

Plutarch. de Garrulit. T. III. p. 4. ubi sermo de garrulo, cuius loquacitatem omnes fugiunt, qui tamen omnium auribus se inculcat: Πρόσκειται γὰρ ἁπανταχοῦ

τῶν ἱματίων, ἀντιλαμβανόμενος τοῦ γενείου, τὴν πλευρὰν θυροκοπῶν τῇ χειρί. Πόδες δ. κ. τ. κατὰ Ἀρχίλοχον. Simile quid habet Homerus Odyss. α. v. 165.

Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ἰδοίατο νοςήσαντα,
Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι,
Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε.

Πόδες δή. Alii δέ. Metrum simile fragm. 91 et 92. Apparet poetam de fuga periculi vel cuiuscunque mali locutum esse.

XCIV.

Ὀγμὸς κακοῦ δὲ γήραος καθήκει.

Series malorum senectutem circumvenit.

Hephaestio p. 16. ubi de metris iambicis agit: Τρίμετρον, οἷον τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου· Ὀγμὸς κ. τ. λ. Est autem trimeter catalecticus, ut in fragm. 61. Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε, et forte ex eodem vel alio carmine epodico. Sed ut sententia, quam versione expressi, efficiatur, legendum censeo:

Ὀγμὸς κακῶν δὲ γήραος κάθ' ἥκει.

Ὀγμὸς κακῶν intelligo translate malum aliud ex alio, quasi continuam malorum seriem. Proprie ὀγμὸς, ἡ ἐφεξῆς φυτεία, Hesych. Analect. T. III. Epigr. 271. p. 207. ὀγμὸς ὀδόντων est continua series dentium. Proprie apud Homerum Il. λ. v. 68. σ. v. 546, 52, 57. ubi liram vel sulcum notat.

Γήραος κάθ' ἥκει. Sic scribendum esse existimo pro κατὰ τοῦ γήραος ἥκει, quod Horatius in arte poetica

sic exprimit: multa senem circumveniunt incommoda. Similem fere sensum habet in illo Aeschyli loco Choeph. v. 452. πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει καθήκειν, i. e. κατ' αὐτῶν ἥκειν, oportet eos aggredi robore inflexibili. Ut autem hic κατὰ casui postpositum est cum verbo ἥκω, ita apud Euripid. Phoeniss. v. 440. praepositio μετά: Ἃ 'γὼ μέθ' ἥκω δεῦρο, pro μεθ' ἃ ἐγὼ ἥκω.

XCV.

Πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγχέλυας ἐδέξω.

Multas autem coecas anguillas cepisti.

Athenaeus L. VII. p. 299. A. Ὁμήρου δὲ εἰπόντος· Τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες, ἀκολούθως ἐποίησε καὶ Ἀρχίλοχος· Πολλὰς κ. τ. λ. Metrum ut praecedens, sed ἐγχέλυας contracte legendum, ut iambus sit in sede pari.

Τυφλὰς ἐγχέλυας Archilochus eas videtur dicere, quia ii, qui anguillas piscantur, aquam turbare solent, ut facilius in aqua turbida, in qua nec piscatores, nec effugium videre possunt, capiantur, id quod et in aliis piscationibus interdum fieri solet, vel etiam, ut Athenaeus ex Aristotele adfert L. VII. p. 298. B. Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ (Hist. nat. L. VI. c. 2.) τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι, ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐτοῖς ἐπιχεῖν. Πνίγεσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ. Διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες θολοῦσι τὸ ὕδωρ, ἵνα ἀποπνίγωνται. Λεπτὰ γὰρ ἔχουσι τὰ βράγχια, καὶ αὐτίκα ὑπὸ τοῦ θολοῦ τοὺς πόρους ἐπιπωματίζονται. Ὅθεν κἀν τοῖς χειμῶσιν ὑπὸ τῶν πνευμάτων ταραττομένου τοῦ ὕδατος ἀποπνίγονται.

XCVI.

Καὶ πεσεῖ δρήστην ἐπ' ἀσκὸν, μηρούς τε μηροῖς——.

Et procidet actuosum in ventrem, et femora femoribus — —.

Schol. Eurip. Med. v. 679. Ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα. Ἀσκὸν τοίνυν λέγει τὸν περὶ τὴν γαστέρα τόπον. Ἀρχίλοχος· Καὶ πεσεῖ κ. τ. λ. Apparet in fine verbum ad sensum deesse, fortean συμπλέκει vel προστρίβει, quod si adiicias, habes versum asynartetum ex trochaico dimetro acatalectico et iambico dimetro catalectico, illi fere similem, quem Victorinus p. 2551. scribit Archilochum composuisse (vid. commentar. §. 10. not. g.), cui plane par erit, si συμπλέκουσα vel συντρίβουσα legeris. Nam de tribade seu meretrice κελητιζούσῃ, forte de ipsa Neobule vel una filiarum Lycambae, quibus tantopere conviciatus est, Iacobs haec dicta esse putat Vol. I. P. I. p. 169. et pro laceris senariorum fragmentis habet. Illustrat etiam loco Anacreontis apud Phavorinum: Γυναῖκες εἰλίποδες· πλίξαντες μηροῖσι παρὰ μηρούς, (fort. πλέξαντες). Unde quoque Eupolis talem feminam εἰλίποδα vocavit ἐκ τῆς εἰλήσεως τῶν ποδῶν τῆς κατὰ τὴν μίξιν. Suidas v. μυσάχνη.

Δρήστην. Scholiast. l. c. δρήστην λέγει οἷον δράσαντά τι. et Hesych. Δράστης· πράττειν δυνάμενος. Latinum actuosus optime huic notioni respondere videtur.

Ἀσκόν. Ἀσκὸς Graecis non modo de ventre aut loco circa ventrem dicitur, ut apud Eurip. et Archilochum, quibus adde Aristophan. Acharn. — ἀσκὸν Κτησιφῶντος

λήψεται. Schol. ὁ δὲ Κτησιφῶν ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ ἐσκώπτετο: sed etiam de toto corpore usurpatur. Sic enim idem Nub. 440. παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν, Αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δέρειν. Schol. ἀντὶ τοῦ σῶμα ἐκδέρειν. Solon fragm. 25. inter Gnomicos v. 5.

Ἤθελον γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβὼν,
Καὶ τυραννήσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν,
Ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι.

Et haec locutio adeo videtur usitata fuisse, ut etiam in proverbium abierit. Suidas: Ἀσκὸν δέρειν· ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐπαγγελλομένων πράττειν τι.

XCVII.

Ὑφ' ἡδονῆς σαλευομένη κορώνη.

Prae voluptate agitans se cornix.

Scholiast. Arati ad v. 1009. Ἠχί τε κείουσι καὶ ὑπότροποι ἀπτερύονται — οἱονεὶ τὰ πτερὰ χαλῶσιν, ἢ διασείουσι τὰς πτέρυγας ὑποστρέψαντες. Διακινοῦσι γὰρ τὰς πτέρυγας οὗτοι ὑφ' ἡδονῆς τὴν κοίτην καταλαβόντες, ἢ τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος ἰκμάδα διατινάσσοντες. Καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ· Ὑφ' ἡ. σ. κ.

Σαλευομένη. Cornix alis plaudens, dum cubile suum occupat, repraesentatur. Argentar. in epigramm. 17. de effectu vini in corpore eodem verbo utitur:

Ἀλλὰ τίς ἄρα
Σώσει μ' ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον.

XCVIII.

'Αμυδρὰν χοιράδ' ἐξαλευάμενος.

Grave malum (quasi coecum in mari saxum) evitans.

Scholiast. Nicandri v. 34. τὸ δὲ ἀμυδρὸν ἀντὶ τοῦ χαλεπὸν καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ εὕρηται εἰπόντι· 'Αμυδρὰν χ. ἐ. Χοιράδες autem, teste Hesychio, sunt αἱ ἐγκείμεναι πέτραι· καὶ πάθος τι δεινόν. Quae posterior significatio huius loci esse videtur, quia ἀμυδρὸς, monente scholiaste, hic vim τοῦ χαλεπὸς habet, quod πάθει, i. e. malo vel casui gravi et infelici, non autem saxo convenit. Metaphorice igitur locutus est Archilochus, saxum in mari coecum, scilicet, quod nautae sub aquis latens, vel inter tenebras tempestatis non vident, donec navis ad id naufragio elisa perit, malum grave vocans. Nam ἀμυδρὸς etiam a Suida et Hesychio ἀφανὴς, σκοτεινὸς explicatur. Metaphorae loco Theognis v. 589. imaginem hanc ad similitudinem adhibet:

— — Ἐπεὶ τόν γ' ἐχθρὸν ἀλεῦμαι,
Ὥςε κυβερνήτης χοιράδας εἰναλίας.

Ἐξαλευάμενος. Hesych. ἐξαλέασθαι, ἐκκλίνειν. Sic Hom. Il. σ. v. 586. Ἱςάμενοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον, ἔκ τ' ἀλέοντο. Alias Homerus simplex frequentat. Il. γ. καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν. Schol. ἐξέκλινεν, ἐφυλάξατο. et Il. ε. 444. μῆνιν ἀλευάμενος κ. τ. λ. Hesiod. Ἔργ. 100. οὕτως οὔτι που ἐςὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. item v. 756, 800.

XCIX.

Πῶς ἀπέπρησε τὰν σκύταν.

Quomodo adussit caput.

Erotian. v. σκύτα· τὸ μεταξὺ τῶν τενόντων καὶ τοῦ τραχήλου — καὶ Ἀρχίλοχος λέγων· Πῶς ἀ. τ. σκ. Et deinceps pergit: τινὲς δέ φασι σκύτα λέγεσθαι τὸν νωτιαῖον μυελόν· οἱ δὲ τὸ ἰνίον· οἱ δὲ τὸν μεταξὺ τοῦ μετώπου καὶ τῶν ὀφρύων τόπον, ὅπερ ἐπισκύνιον καλοῦμεν· τινὲς δὲ σκύτα εἶπον τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα, παρ' ὃ καὶ τὸ (mal. ἡ) σκύτος εἴρηται. Ex his apparet, grammaticum ipsum non satis habuisse cognitam vocis significationem, sive quam partem capitis denotet. Hinc alii collum, alii ipsum caput intellexere. Galen. σκύτα· τὰ κατὰ τὴν σκυταλίδα τοῦ αὐχένος. Hesych. σκύτα· τὸν τράχηλον. Σικελοί. et v. σκύτη· κεφαλή. Addunt interpretes ex Psello Ms. σκύταν καλεῖ τὴν κεφαλὴν πολλάκις Ἱπποκράτης.

Ἀπέπρησε. Hesychius ἀπέπρησεν per ἀπεδάκρυσεν, ἀπεφύσησεν, ἀπεμάρανεν exponit, sed nulla harum significationum huc facere videtur. Hinc potius notionem comburendi huc convenire iudico, in qua ab Homero ἐμπρήθω vel ἐνιπρήθω saepius adhibetur. Il. ι. v. 585. καὶ ἐνέπρηθον μέγα ἄςυ. item Il. ν. v. 320. Il. ο. v. 507. et Aristoph. Νεφ. 398. At Eustachius in Erotiani vocibus, quae apud Hippocratem sunt, latine versis Venetiis 1566. legisse videtur ἀπέπρισε ab ἀποπρίζω vel —πρίω; vertit enim: Quomodo secuit τὰν σκύταν. Occurrit hoc verbum in 19. epigrammate Ammiani Anal. T. II. p. 388:

Ἣν οὐδεὶς μὲν ὕφηνεν, ἀπέπρισε δ' ἡ πελεκήσας.

C.

Οὐ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο;

Nonne ab amicis prorsus afflictus es?

Aristoteles Πολιτικ. η. Διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· Οὐ γὰρ κ. τ. λ. Hinc Iacobs Animadv. Vol. III. P. III. p. 388. ad fragment. 31. haec pertinere putat, et tetrametri partes esse sic forte constituendas: — υ οὐ γὰρ δὴ υ — υ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. Verum offert se potius sponte finis et initium senarii:

— — — οὐ γὰρ δὴ παρὰ
Φίλων ἀπάγχεο — — —

Et cum poeta secum ipse vel cum animo suo etiam in alio carmine, ut poetae saepe faciunt, colloqui potuerit, ad illud tetrametrum non referendum esse duxi.

Οὐ γάρ. Cum Aristoteles dicat, amicos ab Archilocho hoc loco incusari, eumque de his conqueri, particulae οὐ γὰρ interrogandi vim hic habeant necesse est (Viger. de Idiotism. edent. Zeun. p. 479.), aut ironice accipiendum, quasi diceret: Tu scilicet ab amicis prorsus non es pessumdatus!

Ἀπάγχεο. Ἀπάγχεσθαι, suffocari, strangulari, sensu translato hic adhibitum, videlicet eo moeroris, miseriae vel desperationis redigi, ut parum absit, quin ipse laqueo vitam finias.

CI.

Πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶς.

Accede, nam generosus es.

Athenaeus L. XIV. p. 653. D. Quaeritur hic inter sophistas, quaenam sint illae ficus, vel uvae, quas Plato L. VIII. de Leg. generosas, ςαφυλὴν γενναίαν, σῦκα γενναῖα vocat, et Masurius respondet: Γενναῖα λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Πάρελθε, γ. γ. εἶ. Γενναῖος idem saepe Platoni esse quod εὐγενὴς, non est dubium. Sic Protagor. T. III. p. 105. γενναῖος et ἀγενὴς sibi opponuntur. Differentiam vero eius ab εὐγενὴς explicat Aristotel. Rhetor. L. II. c. 31. Ἔςι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν· γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίςασθαι ἐκ τῆς φύσεως, quidquid itaque a natura vel a virtute per naturam ei insita non degenerat. Versus est dimeter iambicus acatalecticus.

CII.

Πτώσσουσαν, ὥςε πέρδικα.

Perterritam, instar perdicis.

Athenaeus L. IX. p. 388. F. Πέρδιξ. τούτων πολλοὶ μὲν μέμνηνται, ὡς καὶ Ἀριςοφάνης. τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῶν ἔνιοι συςέλλουσι τὴν μέσην συλλαβὴν, ὡς Ἀρχίλοχος· Πτώσσουσαν, ὥ. π. Metrum ut prius.

De quantitate mediae syllabae huius vocis scribit auctor prosodiae a Cl. Hermanno editae et adiunctae libro de emendanda ratione graecae grammaticae p. 434. regul. 64. Postquam ostendit, genitivos vocum plurium syllabarum in ξ habere ι longum, dum ante finem vocis longam habent syllabam, ut φοίνιξ, ῖκος, τέττιξ,

ἶγος; postea pergit: Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀσκαλωνίτης φησὶν, ὡς τῆς πέρδικος καὶ χοίνικος γενικῆς ἡ μέση συςέλλεται, πεισθεὶς Ἀριςοφάνει τῷ γραμματικῷ, καὶ τοῖς οὕτω χρησαμένοις ποιηταῖς διὰ τὸ μέτρον. ἀλλ' ἔςιν αὐτὰ καὶ ἐκτεινόμενα πολλάκις εὑρεῖν.

CIII.

Ἔμπλην ἐμοῦ τε καὶ φίλου.

Sine meque et amico.

Apollon. Sophistae Lexicon v. ἔμπλην· ἐμπελάδην, σύνεγγος, ἢ ὡς ἐνιαχοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ χωρίς· Ἔμπλην κ. τ. λ. ubi tamen male ἐμοί τε scriptum erat, quod a Cl. Villoisonio correctum est. Idem fragmentum habet etiam scholiastes Nicandri ad p. 19. ἔμπλην ἄμμορον κ. τ. λ. ubi recte ἐμοῦ τε, sed pro φίλου vitiose ἐφόλου legitur, et ἔμπλην etiam per χωρὶς explicatur. Hesych. Ἔμπλην· χωρὶς, ἐγγὺς, πλησίον. Callimach. hymn. in Delum v. 73.

Φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηῒς, ὅση παρακέκλιται Ἰσθμῷ,
Ἔμπλην Αἰγιαλοῦ τε καὶ Ἄργεος.

Metrum est priori fragmento consentiens.

CIV.

Ὡς δ' ἄν σε θωΐη λάβοι.

Ut te poena consequeretur.

Etymol. M. v. ἄθῳος· Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωὴ, ἰῶ, ἰωὴ, ἡ ἐκπεμπομένη βοὴ ἢ φωνὴ, οὕτω παρὰ τὸ θῶ, τὸ καταβάλλω καὶ ζημιῶ, θωὴ ἡ ζημία. ὁ γὰρ ζημιούμενος καταβάλλεταί τι. Ἐξ αὐτοῦ γίνεται θωὸς, καὶ μετὰ τοῦ ϛερητικοῦ α ἀθῷος, ὁ ἀζήμιος. ἔχει δὲ τὸ ι ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ θωΐη, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ· Ὡς κ. τ. λ.

CV.

Ἤτευ μελαμπύγου τύχῃς.

Aut in nigram aquilam incidas.

Schol. ad Homerum Villoison. Il. ω. v. 315. p. 524. ubi ostenditur, per ἀετὸν Homerum intelligere eam, quae μελανάετος et λαγωφόνος vocatur, et ab Aristotele μεγέθει ἐλάχιϛος καὶ κράτιϛος esse dicitur. Postea scholiastes sic pergit: Εἴωθε δὲ καὶ ὁ Ἀρχίλοχος μελάμπυγον τοῦτον (τὸν ἀετὸν) καλεῖν. Ἤ. μ. τ. De hac eadem aquila Plutarch. Amator. T. IX. p. 9. Ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον καὶ ὀρεινὸν, ὃν Ὅμηρος μέλανα καὶ θηρευτὴν προσεῖπεν. Sic enim Homer. Il. φ. v. 252.

Αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος,
Ὅϛθ' ἅμα κάρτιϛός τε καὶ ὤκιϛος πετεηνῶν.

et Il. ω. v. 315.

Αὐτίκα δ' αἰετὸν ἧκε, τελειότατον πετεηνῶν,
Μορφνὸν, θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσιν.

Apud Aristotelem Histor. animal. L. IX. c. 32. tertia est classis μελαινάετος a colore sic dictus. Aeschylo Agamemn. v. 115. οἰωνῶν βασιλεὺς — ὁ κελαινὸς dicitur.

Atque hinc etiam ex toto in parte μελάμπυγος idem qui μελαινάετος vocatur, et hunc ipsum ab Archilocho intelligi, neque translate hic adhiberi docet scholiastes haec addens: Ἄλλος γὰρ ὁ πύγαργος, ἄλλος δὲ ὁ μέλας ὅλος, διὰ τοῦτο καὶ μελάμπυγον (καλεῖ ὁ Ἀρχίλοχος). ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτους ἀναφέρων θιάσους καττωμαδὸν πρὸς Ἡρακλέους φερομένους τὰς ὑπὸ τὰ ἰσχία αὐτοῦ καταμαθεῖν πυγὰς, καὶ γελάσαντας οὕτω τυχεῖν σωτηρίας· ἀλλὰ πρὸς τὸν πύγαργον ἀετὸν συγκρίνων καρτερὸν εἶπε τὸν μελάμπυγον. Vide fragm. 165. Non igitur proverbium hic respicitur, quod ex hoc Archilochi loco originem forte duxisse potest, non vero ad aquilam, sed ad Herculem μελάμπυγον referendum est. Hesych. μή τευ μελαμπύγου τύχοις· μή τινος ἀνδρείου καὶ ἰσχυροῦ τύχοις. Idem v. μελάμπυγος· ἀνδρεῖος. τοὺς γὰρ δασεῖς τὰς πυγὰς ἀνδρείους ἐνόμιζον. Vide etiam Suidam v. μὴ σύγε μελαμπύγου τύχοις. Erasm. in adag. Ne in Melampyga incidas. Historiam de Hercule Melampygo habet Eudocia Viol. p. 47.

CVI.

Ἄιδων ὑπ' αὐλητῆρος.

Canens ad tibicinem.

Scholiast. Aristoph. Ὀρν. v. 1426. qui Hesiodi quoque versum ut exemplum huius locutionis adducit Ἀσπ. v. 283. τοί γε μὲν αὖ γελόωντες ὑπ' αὐλητῆρος ἕκαςος Πρόσθ' ἔκιον. ubi tamen editiones Hesiodi αὐλητῆρι habent, sicut etiam v. 299. idem dativus invenitur.

Eadem plane forma dicendi apud Theognidem occurrit v. 545. χαίρω δ' αὖ πίνων καὶ ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδων. et v. 803. πῶς ἡμῖν τέτληκεν ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν Θυμός. Cf. fragm. 5. ubi πρὸς αὐλὸν dicitur.

CVII.

Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν.

Omnem virum glubere.

Athenae. L. III. p. 122. B. Κηφισόδωρος γοῦν ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀριστοτέλην λέγει, ὅτι εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἓν ἢ δύο γ' οὖν πονηρῶς εἰρημένα· οἷα παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ τὸ Πάντ' ἄ. ἀπ. Locutio perquam inverecunda, quam Casaubonus L. III. c. 34. p. 147. Commentar. iudicat a Cephisodoro inter veterum improbe dicta iure merito esse positam, licet eam aliter, nec recte intellexerit.

Ἀποσκολύπτειν. Iacobs Animadv. Vol. I. P. I. p. 169. forte ἀποσκολύπτει, quod tamen non necessarium. Hesych. ἀποσκόλυπτε· ἀπολέπιζε, ἀποκόλουε. Φασὶ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένον. Σοφοκλῆς ἐν Μώμῳ. Idem habet etiam Phavorinus. Simillimus nequitia est sensus illius loci Catulliani, quem Iacobs l. c. comparat, et inde ductum esse censet. LV. Nunc in quadriviis et angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Sine dubio inter convicia hoc fuit, quibus Archilochus filias Lycambae insectatus est. Metrum ut praecedens.

CVIII.

Κέαται ἐν ἰπῷ.

Iacent in pressorio.

Pollux L. X. c. 31. s. 135. Καὶ ἰπὸς τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· Κέαται ἐν ἰπ. et iterum L. VII. c. 12. s. 41. ubi vero cum aspiratione ἵπῳ scribitur, et explicatur: καὶ ἵπος δὲ τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον· ἔςι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη· ἀλλὰ νῦν ἔοικε μᾶλλον τῷ τῶν κναφέων ἐργαλείῳ προσήκειν. Scribitur etiam ἶπος. Pressorium (instrumentum) interpretatur Hemsterhusius ad Polluc. Onom. p. 1317. not. κνάφος. Hinc verbum ἰπόω, ἰποῦμαι, Aeschyl. Prometh. 365.

CIX.

Ὀξύη ποτᾶτο.

Hasta (ex arbore oxya facta) volabat.

Porphyr. Ζητημ. Ὁμηρ. ια. Καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα (Il. η. v. 568.) ἐξ ὀξύης τοῦ δένδρου, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Ὀξ. π. Item Schol. Villoisonii Il. ζ. v. 201. Δῆλον, ὡς καὶ τὸ μείλινον ἔγχος ἐκ μελίας (mal. μηλίας) τοῦ δένδρου· οὐ μὲν, ὡς οἱ παλαιοὶ, τὸ μακρόν. καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα τὰ (ἐξ) ὀξύας τοῦ δένδρου, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Ὀξ. π. ἀλλ' οὐ τὰ ὀξέα, ὡς οἱ γραμματικοὶ ἀποδεδώκασι. Hesych. ὀξυόεντι· ὀξεῖ ἢ ὀξυΐνῳ· ὀξύα δὲ εἶδος δένδρου. Quae vero arbor haec ὀξύα sit, certo dici non potest. Ad abietum genus eam quidam referunt. Versus est ithyphallicus.

CX.

Δήμητρί τε χεῖρας ἀνέξων.

Ad Cererem manus sublaturus.

Hephaest. p. 27. Περὶ ἀναπαιςικοῦ μέτρου. — Ἐχρήσατο δὲ (ὁ Ἀρχίλοχος) τῷ πρώτῳ ποδὶ καὶ — — — σπονδείῳ. Δήμητρί τ. χ. ἀ. Versus est dimeter anapaesticus catalecticus, quem ithyphallicus forte secutus est; nam de hac coniunctione duorum metrorum, ut inde asynartetus exsistat, l. c. agitur.

CXI.

Πυρὸς δὲ ἦν αὐτῷ φεψάλυξ.

Ignis autem scintilla illi erat.

Scholiast. Aristoph. Acharn. 270. — Φέψαλοι γάρ εἰσιν οἱ σπινθῆρες, ὡς Καλλίας δηλοῖ. Ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ. (Lysistr. 107.) καὶ παρὰ Ἀρχιλόχῳ δὲ κεῖται· Πυρὸς κ. τ. λ. Haec ipsa habet etiam Suidas v. φεψάλῳ, addens: λέγεται δὲ καὶ φεψάλυξ παρὰ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἀριςοφάνει. l. c. ubi schol. φεψάλυξ ἢ φέψαλος σπινθὴρ ὁ ἀναφερόμενος ἐκ τῶν καιομένων ξύλων. Hinc verbum φεψαλόω, comburo, quo utitur Aeschyl. Prometh. 362. ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος.

CXII.

Ὀρέων ἀπεςύπαζον.

In montibus stipites excidebant.

Etymol. M. v. ςύπος· Λυκόφρων· πεύκης πρέμνοῦ ἢ ςύπος δρυός· καλεῖται τὸ πρέμνον τῆς ἀμπέλου. (leg. potius: δρυὸς ςύπος καλεῖται (καὶ) τὸ πρέμνον τ. ἀ.) ἀφ' οὗ Ἀρχίλοχος· Ὀρ. ἀπ. πᾶν δὲ δένδρον σκληρὸν καὶ ςερεὸν ςύπος λέγεται. ἢ τὸ ταπεινὸν παρὰ τὸ ςρέφεσθαι ἐν συμφύτοις τόποις. σημαίνει δὲ ςέλεχος, κλῶνα, κλάδον, παρὰ τὸ τύπτω, τύπος καὶ ςύπος. Idem fragmentum, sed paullo aliter, citatur v. ὀροίτυπος· — ὁ ἐν ὄρει τὰ ςύπη, ὅ ἐςι ςελέχη, κόπτων. Ἀρχίλοχος· Οὐρέων ἀπετύπαζον, ubi probabiliter etiam ἀπεςύπαζον, ut supra, a τύπος, ςύπος, legendum: nam initium est senarii, aut, si Οὐρέων ionicum, quod Archilocho magis convenit, praeferatur, initium tetrametri constituetur.

CXIII.

Μετέρχομαι σύμβουλον.

Quaero consultorem.

Schol. ad Homer. Villois. Il. ψ. v. 199. p. 500. Μετ' ἄγγελος ἦλθ' Ἀνέμοισιν. ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ πρὸς ἀνέμους ἦλθεν, ὡς Ἀρχίλοχος· Μετέρχ. σύμβουλον. ubi ut Homerico loco, quem scholiastes illustrare vult, exemplum

congruat, συμβούλῳ legendum est, ut apud Homerum cum dativo, cui casui etiam iungitur Il. π. v. 487. λέων ἀγέλῃφι μετελθών. Nam μετέρχεσθαι cum accusativo alias construi apud auctores passim obvium est.

CXIV.
Ἆ δέκα ταύρους.

Ah decem tauros!

Suidas v. ἆ· σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα παρ' Ἀρχιλόχῳ· Ἆ δ. ταύρ. — ἆ nimirum interiectio vel exclamatio esse videtur admirantis vel magnitudinem vel multitudinem rei. Küsterus ad Suidam notat, apud Phavorinum legi ἆ ἕαδ' εἷς τε ταύρους, quod aperte corruptum est, quanquam etiam sic legitur in scholiis ad Platonis Hippiam maiorem in Anecd. Graec. Siebenkeesii. Verum Suidae lectio, quae saltem sensum qualemcunque admittit, praeferenda cuique videbitur.

CXV.
Καρπάθιος τὸν μάρτυρα.

Carpathius testem (adducit).

Hesych. v. Κάρπαθος· Καρπάθιος τὸν μάρτυρα. Καρπάθιος δὲ λαγών, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐπηγάγετο. διὰ γὰρ τὸ μὴ εἶναι λαγωοὺς ἐν τῇ χώρᾳ, ἐπηγάγοντο αὐτοὶ, καὶ τοσοῦτοι ἐγένοντο, ὥςε τόν τε σῖτον αὐτῶν

καὶ τὰς ἀμπέλους ὑπ' αὐτῶν βλάπτεσθαι. ὁ γοῦν 'Αρχίλοχος παρὰ ταύτην τὴν παροιμίαν ἔφη· Καρ. τ. μ. Zenobius autem Cent. IV, 48. Archilocho alterum proverbium tribuit, Καρπάθιος τὸν λαγώ, cuius mentionem quoque facit Aristoteles Rhetor. L. III. c. XVI. καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπ' εἶδος· οἷον ἄν τις ἀγαθὸν πεισόμενος αὐτὸν ἐπαγάγηται, εἶτα βλαβῇ, ὡς ὁ Καρπάθιός φησι τὸν λαγώ. ἄμφω γὰρ τὸ εἰρημένον πεπόνθασιν. Carpathus vero insula a Co non longe distans ab Homero Κράπαθος dicitur Il. β. v. 676. ubi schol. Κράπαθος καὶ Κάσος νῆσοι περὶ τὴν Κῶν — Κράπαθον δὲ κατὰ μετάθεσιν. Hesych. v. Κράπαθα. Plinius L. IX, 31. Pollux L. V. c. 13. Erasm. Adag. Chil.

CXVI.

Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, κατὰ 'Αρχίλοχον, εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσιν. ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥάδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα.

Aelian. Var. Hist. L. IV. c. 14.

Ἔντερον. Observat Kühnius, κακέμφατον et sensum turpem subesse, atque Stoicos pro sua εὐθυῤῥημοσύνῃ sic τὴν συνουσίαν definire, ἐντέρου κατάτριψιν.

Καταίρειν. Legendum ex emendatione Kühnii potius καταῤῥέουσιν, quod confirmat etiam locus Nicetae p. 116. τὸ τοῦ 'Αρχιλόχου ἐπεραίνετο, ὅ φησιν, εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταῤῥυΐσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεχθέντα μακρῷ. Licet Kühnius putet, etiam καταίρειν ferri posse, quod nauticum et de appellentibus

dictum ad eos transfertur, qui male sani plenis quasi velis suas divitias in barathrum meretricium ferri sinant. An similitudo illa de echino Archilochi sit, an ab Aeliano adiecta, dici vix potest. Interim fragmentum sic in iambos facile redigitur:

— — — Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν
Πολλῶν μετὰ πόνων καὶ συναχθέντ' ἐν χρόνῳ
Μακρῷ καταῤῥέουσι χρήματ' ἐς ἔντερον
Πόρνης γυναικός. ὡς λαβεῖν γὰρ ῥάδιον,
Χαλεπὸν δ' ἔχειν ἐχῖνον, ὡς τὰ χρήματα.

Hunc locum forte in mente habuit Alciphron L. III. ep. 50. p. 146. de adolescente loquens, qui cum meretrice bona paterna decoquit: Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι κατ' ὀβολὸν συνήγαγον, ἀθρόως ἀναλοῖ τὸ πολύκοινον τοῦτο καὶ αἰσχρότατον γύναιον.

CXVII.

Λέγαι γυναῖκες.

Protervae mulieres.

Etymol. M. v. ἀσελγαίνειν· κυρίως τὸ παρὰ φύσιν ταῖς γυναιξὶν μίγνυσθαι· καταχρηςικῶς δὲ τὸ ὁπωςδήποτε ἀκολαςαίνειν. εἴρηται δὲ ἀπό τινος Ἐλεγηΐδος, γυναικὸς Ἀττικῆς, πρώτης τοιαύτην ἀσωτίαν εὑρούσης. Ἐλεγαίνειν οὖν ἐςι τὸ ἀσελγαίνειν πλεονασμῷ τοῦ σ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, ἀσελγαίνειν. οὕτως Ἀλκίφρων. Ἐπαφρόδιτος δὲ παρὰ τὸ λέχος, λεχαίνειν, τὸ λέχος ἐπιθυμεῖν, καὶ κατὰ τροπὴν λεγαίνειν, ἔνθεν Ἀρχίλοχος· Λέγ. γυν. ἀντὶ τοῦ ἀκόλαςοι. κ. τ. λ. De Elegeïde vero vide ibid. et voce Ἐλεγείης (leg. Ἐλεγηΐς), ἡ θυγάτηρ

Νηλέως τοῦ ἡγησαμένου εἰς Ἰκαρίαν (leg. Καρίαν) τῆς Ἰώνων ἀποικίας, ἧς τὸ κύριον ὄνομα Πειρῶ φασὶν εἶναι. vid. Herodot. IX. p. 96. Pausan. p. 523. Aelian. L. VIII. c. 5.

Λέγαι. Apud Homerum λέγεσθαι et καταλέγεσθαι decumbere, iacere in lecto, significat, Il. ι. v. 612. ψ. 169, 70. Odyss. τ. 50, 595 et 598. Ad hanc vocem eiusque vim referendum etiam vocabulum λέγαι iudico, ut λέχος, λέκτρον, ἄλοχος, etc. vel potius id esse radicem, unde cetera deriventur.

CXVIII.

Τὸ δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέττιγα πτεροῦ εἴληφας· εἴπερ τινὰ ποιητὴν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχίλοχον, Πάριον τὸ γένος, ἄνδρα κομιδῇ ἐλεύθερον, καὶ παῤῥησίᾳ συνόντα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσειν ἔμελλεν τοὺς περιπετεῖς ἐσομένους τῇ χολῇ τῶν ἰάμβων αὐτοῦ. Ἐκεῖνος τοίνυν πρός τινος τῶν τοιούτων ἀκούσας κακῶς τέττιγα ἔφη τὸν ἄνδρα εἰληφέναι πτεροῦ, εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττιγι Ἀρχίλοχος, φύσει μὲν λάλῳ ὄντι καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης, καὶ ὁπόταν δὲ τοῦ πτεροῦ ληφθῇ, γεγωνότερον βοῶντι. Καὶ σὺ δὲ, ἔφη, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί βουλόμενος ποιητὴν λάλον παροξύνεις ἐπὶ σαυτὸν, αἰτίας ζητοῦντα καὶ ὑποθέσεις τοῖς ἰάμβοις;

Lucian. Pseudol. T. III. p. 162. §. 1. Cum Lucianus haec ex memoria et ad propositum suum immutata citaverit, etiam metri genus, ad quod pertinuerit, indicari non potest. Verisimile tamen est, ex iambicis senariis esse.

CXIX.

Περὶ Περικλέους Φησὶν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος ποιητὴς, ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκωνίων δίκην.

Athenae. L. I. p. 7. F. Periclem quendam, testante Aristide, (vid. Comment. §. XV. not. q.) carminibus suis Archilochus insectatus est, et, ut ex hoc loco patet, etiam ob eius edacitatem et parasiticum vivendi genus. Utrum hic idem sit Pericles, ad quem elegia (fragm. 48.) scripta est, an haec referenda sint ad fragm. 1. senariorum, quo hominem taxat eodem gulae vitio laborantem, quod utrumque doct. Iacobs perquam verisimile putat, certo statui non potest. Nam et ad Charilaum, cuius voracitatem Archilochus etiam in carminibus suis ignominia notavit, (vid. fragm. 47.) primum illud fragmentum spectare potuit. Aelian. L. IV. c. 23. V. H. mentionem quoque facit Periclis cuiusdam, qui prodigalitate et vita voluptaria ad incitas redactus cicuta hausta vitam finiit; nisi ibi fortassis cum Scheffero Ἐπικλέης vel Αὐτοκλέης legere velis.

Ἄκλητος. Convivarum erant alii κλητοὶ, vocati, alii ab his adducti ἐπίκλητοι, alii ἄκλητοι, αὐτόκλητοι, invocati, qui sponte sua venirent, quod erat omnium turpissimum. (fragm. 1.) Plutarch. Sympos. L. VII, 5. T. VIII. p. 824. Θαυμάσαιμι δ' ἂν, εἰ χαρίεις ἀνὴρ ἐπίκλητος ἀφίκοιτο, μᾶλλον δ' ἄκλητος.

Ἐπεισπαίοντος. ἐπεισπαίειν proprie de exercitu in fines hostium irruente. Unde translate de iis, quae insperato alicui obtingunt, aut repente interveniunt. Aristophan. Πλοῦτ. 804. Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν Ἐπειςπέπαικεν. Schol. εἰσεπήδησεν, εἰσῆλθε, κυρίως δὲ ἐπὶ ϛρατιᾶς πολεμίων. vid. ibi Küsterum.

Μυκωνίων δίκην. Myconos insula maris Aegaei, una Cycladum, cuius incolae, quia inopes erant et sterilem insulam habitabant, ob parcitatem et avaritiam male audiebant, ita ut tandem parci et avari Myconii vocarentur. Cratinus apud Athenae. L. I. p. 8. A. Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκωνίου Φιλόδωρος ἂν εἴης; Quare mirum non est, si ultro se conviviis intruderent, et id genus invocati etiam Μυκώνιοι dicerentur, ut hic de Pericle dicitur. Sic publicae quoque meretrices, quae invocatae conviviis adesse solebant, Μυκώνιαι vocantur, ut observat Casaub. commentar. ad Athen. p. 377. Unde tandem etiam Μυκώνιος γείτων in proverbium abiit, et quod ab Archilocho originem habuisse videtur, (laceras enim partes senariorum facit)

— — — Μυκωνίων δίκην
Ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια — —.

Vide Suidam v. Μυκώνιος γείτων, qui addit: εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀκλήτως εἰσιόντων εἰς τὰ συμπόσια. Zenobius 120. Fabulati praeterea sunt poetae, sub Mycono Gigantes sepultos esse postremo ab Hercule interfectos. Hinc aliud proverbium enatum est, μίαν Μύκονον ἀποφαίνειν, omnia sub unam Myconum coniicere, quod ad eos pertinet, qui plura miscent et confundunt. Plutarch. Symp. L. I. T. VIII. p. 435. Οὐδὲ προσίεται ἑτέρῳ πρὸ ἑτέρου μᾶλλον ὁ ἑςιῶν, περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παρόψεται τὰς διαφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον.

CXX.

Ἀριςοτέλης δὲ, φασὶ, κέρᾳ ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ αἰδοίῳ σεμνυνόμενον, ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου τὴν

λέξιν ἐκεῖνος νοήσας. καὶ ἔοικεν ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν Ἀρχίλοχος ἁπαλὸν κέρας τὸ αἰδοῖον εἰπὼν ἐντεῦθεν τὴν λέξιν πορίσασθαι.

Eustath. Il. λ. v. 385. T. II. p. 88. — Etymol. M. v. κόρσοιφος· — οἱ δὲ κέρας λέγουσι τὸ αἰδοῖον, καὶ κέρουφον τὸν τὸ αἰδοῖον ἔχοντα λέγουσι ὑφειμένον καὶ μαλακόν. Hesych. κέρας (mal. κέραξ), θρὶξ, τόξον, αἰδοῖον. Hoc sensu nequiori utitur etiam Meleager Epigr. 5. v. 6. Analect. T. I. Illud vero Homericum κέρᾳ ἀγλαὲ scholiastes de comis vel de sagittandi peritia rectius intelligit, et exponit: κεκαλλωπισμένε τῇ τοξικῇ ἢ τῇ τριχώσει. κέρας γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν. Vid. infra κεροπλάςης fragm. 148.

CXXI.

Πυῤῥιχίζειν· τὴν ἐνοπλίαν ὄρχησιν καὶ σύντονον πυῤῥίχην ἔλεγον οἱ μὲν ἀπὸ Πυῤῥίχου τοῦ Κρητὸς, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ διάπυρον εἶναι, οἱ δὲ ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως. Ἐφησθέντα γὰρ τῷ Εὐρυπύλου φόνῳ ὀρχήσασθαί φησιν Ἀρχίλοχος. Hesych. v. Πυῤῥιχίζειν, ubi vid. interpp.

Τῷ Εὐρυπύλου φόνῳ. Sic pro τῶν Εὐρυπύλου φόνων legendum censeo. Sermo est enim de Eurypylo, Telephi filio, qui a Neoptolemo sive Pyrrho ad Troiam occisus est, et cuius caede laetatus pyrrhichen saltasse dicitur ab Archilocho. Homerus facta Pyrrhi canens Od. λ. 518.

Ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
Ἥρω' Εὐρύπυλον· πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι κτείνοντο — — — —.

Vultus Eurypyli, Astyoches, Priami sororis, et Telephi filii, expressus est Thesaur. Antiquit. Graecar. Gronovii T. I. Iiii. De pyrrhichica saltatione agit Bartolinus in Auctar. C. XI., et plures in eam rem auctores citat. Vid. Athenae. L. XIV. p. 630. et seq. Stobaeus Sermon. XLII. p. 292. Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων — τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος.

CXXII.

Ἀρχίλοχος τὸν κύτισον Φυτόν Φησιν ὠΦέλιμον εἶναι τοῖς θρέμμασιν, ὅτι πλῆθος γάλακτος ποιεῖ.

Scholiast. Nicandri p. 49. A. Lac augeri capellis cytisum, quem inprimis amant, edentibus, observat etiam scholiast. Theocriti Idyll. 10. v. 30. Ἁ αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει. Schol. ὁ κύτισος Φυτὸν, ὃ νεμόμεναι αἱ αἶγες γάλακτος πλήθουσι. Id imitatus est Virgilius: Florentem cytisum sequitur lasciva capella. Unde rustici eo praecipue capellas pascere solent. Theocrit. Idyll. 5. v. 128. Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι.

CXXIII.

Ἀηδόνος νεοσσός· καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Hesychius. Ex emendatione Alberti et Vossii voces primae non divisae interpunctione, sed coniunctae legendae sunt, ut etiam apud Phavorinum inveniuntur. Rei turpis honestior et comica circumlocutio.

Tale quid etiam ab Aristophane obscure innui putat Perger. Ὀρν. 207.

Ἄγ' ὡς τάχις' ἐς τὴν λόχμην,
Ἔσβαινε κἀνέγειρε τὴν ἀηδόνα.

In quo tamen mihi falli videtur.

CXXIV.

Θέλουσι δὲ τὸ παιδοτρίβης ἐκτείνειν, πλανώμενοι ἐκ τοῦ παρ' Ἀρχιλόχῳ·

Ἄνδρας ἐς ἀμφιτρίβας.

Auctor Prosodiae ab Hermanno cum libro de emendanda ratione graecae grammaticae editus Regul. 66. p. 435. ubi docet, monosyllaba in ιψ etiam in genitivo produci, ut λὶψ, λιβός: plurium syllabarum autem voces τὸ ι corripere, et hinc pergit ut supra: Θέλουσι δὲ κ. τ. λ. —

Παρ' Ἀρχιλόχῳ a doct. Hermanno recte pro ταραχιλόχῳ repositum. Archilochus igitur τὸ ι in ἀμφιτρίβας, licet sit polysyllabum, produxisse videtur, cuius exemplo alii deinde inducti id etiam in παιδοτρίβης produxerunt. Sed quae vis hic voci ἀμφιτρίβας tribuenda sit, difficile dictu est. Hesych. ἀμφιτρίβαν· περιττῶς τετριμμένον, parum hic lucis adferre potest, quia haec ipsa interpretatio pro varia τοῦ τρίβειν significatione dubia et obscura est. Nam τετριμμένος est exercitatus in quacunque re in bonam vel malam partem. Unde τρίμμα apud Aristoph. Νεφ. 259. ὁ ἐν λόγοις τετριμμένος, ibid. v. 446. περίτριμμα δικῶν, τετριμμένος ἐν δίκαις. At ὁ ἐπίτριπτος, ὁ πληγαῖς τετριμμένος sive verbero. Hinc viros multum exercitatos vel etiam expertos, aut etiam verberibus admodum mulctatos intelligere possis. Neque negaverim, fortassis etiam admodum turpem sensum subiectum esse posse.

CXXV.

Καὶ ὁ μέν γε κατ' ἰσχὺν προφέρων, εἰ καὶ ἑνὸς εἴη κρείττων, ὑπὸ δυοῖν γ' ἂν αὐτὸν κατείργεσθαί φησι καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἡ παροιμία.

Aristid. T. II. p. 102. Proverbium, quod Aristides hic spectat, videtur illud apud veteres vulgatum esse: *οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο*, cuius originem Suidas explicat. Aliter tamen Scholia in Anecdotis Siebenkeesii id exponunt ad illa Platonis verba in Phaedone (vid. Fischer. ad Phaedon. in not. 36.) *Ἀλλ' ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι* —. Schol. *ταύτης τὴν αἰτίαν ὁ Δοῦρις οὕτως ἀφηγεῖται. Ἡρακλέα, φησὶ, βωμὸν εἱσάμενον ἐπὶ τῷ Ἀλφειῷ ἀγῶνα καθεῖναι, καὶ νικήσαντα τὴν ἑξῆς ὀλυμπιάδα πάλιν ἀγωνιζόμενον ὑπὸ Ἐλείου καὶ Φεράνδρου πάλῃ ληφθῆναι. Ἔχει Φιλήτας δὲ* (pro *Φιλοίδας* Sieb.) *αὐτὸν ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου τῶν Μολιονίδων ἡττηθῆναι κατὰ τὴν ἐπ' Αὐγέαν στρατείαν. — Ἡρόδωρος δὲ καὶ Ἑλλάνικος φασὶν, ὡς, ὅτε τὴν ὕδραν Ἡρακλῆς ἀνῄρει, τὴν Ἥραν αὐτῷ καρκῖνον ἐφορμῆσαι. πρὸς δύο δὲ οὐ δυνάμενον μάχεσθαι, σύμμαχον ἐπικαλέσασθαι τὸν Ἰόλαον καὶ ἐντεῦθεν ῥηθῆναι τὴν παροιμίαν.* V. ib. notam Siebenk. Eleganter Rufin. in epigr. 23. Anal. T. II. p. 395. id respicit:

Θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συστήσομαι· ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ (ὁ *Ἔρως*), *τί μόνος πρὸς δύ' ἐγὼ δύναμαι;*

CXXVI.

Τοιοῦτος (*τὴν ἀσωτίαν*) *ἐγένετο καὶ Αἰθίοψ ὁ Κορίνθιος, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Σκήψιος, οὗ μνημονεύει Ἀρ-*

χίλοχος· ὑπὸ φιληδονίας γὰρ καὶ ἀκρασίας καὶ οὗτος μετ' Ἀρχίου πλέων εἰς Σικελίαν, ὅτ' ἔμελλε κτίζειν Συρακούσας, τῷ ἑαυτοῦ συσσίτῳ μελιττούτης ἀπέδοτο τὸν κλῆρον, ὃν ἐν Συρακούσαις λαχὼν ἔμελλεν ἕξειν. Athenaeus L. IV. p. 167. De Syracusis ab Archia conditis vid. Thucyd. L. 6. c. 3. quod factum Chron. Parium refert ad Olymp. V, alii scriptores ad XII. Qua vero re Archias impulsus emigraverit ad Syracusas condendas, narrat Plutarchus Ἐρωτ. Διηγήσ. T. IX. p. 93. et seq. Conf. etiam Scymnum Chium inter Geographos minores T. II. p. 16. v. 177.

CXXVII.

Μνημονεύει τῶν Θασίων πρὸς Μαρωνίτας περὶ τῆς Στρύμης ἀμφισβητήσεως Φιλόχορος Ἀρχίλοχον ἐπαγόμενος μάρτυρα.

Harpocratio v. Στρύμη. Stryme Thasiorum colonia et emporium, ut Harpocratio refert, et urbs Thraciae, ut Stephanus ex Androtione scribit, de qua Thasiis cum Maronitis contentio fuit, cuius Archilochus in carmine meminisse videtur. De Maronea et Maronitis vid. fragm. 56. not. Οἶνος Ἰσμαρικός.

CXXVIII.

Ἡρακλῆς γήμας Δηϊάνειραν τὴν Οἰνέως θυγατέρα καὶ διάγων ἐν Καλυδῶνι, ἐν συμποσίῳ κύαθον ᾔτει τὸν οἰνοχόον, Ἀρχιτέλους δὲ παῖδα πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν, ὅτι αὐτῷ τὰ ποδόνιπτρα ὕδατα ἀγνοῶν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἐπέχεεν. Φεύγων οὖν τὸν φόνον καὶ σὺν τῇ γαμετῇ στελ-

λόμενος ἀνεῖλεν ἐν Εὐήνῳ ποταμῷ Νέσσον Κένταυρον, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος ἱςορεῖ. Scholiast. Apollonii Rhod. L. I. v. 1212. Haec eadem exscripsit Eudocia Viol. p. 211., ubi de Hercule agit, paucis verbis mutatis.

CXXIX.

Ἀρχίλοχος μὲν οὐκ ἐτόλμησεν Ἀχελῷν ὡς ποταμὸν Ἡρακλεῖ συμβαλεῖν, ἀλλ' ὡς ταῦρον. Ὅμηρος δὲ πρῶτος ποταμοῦ καὶ ἥρωος ἠγωνοθέτησε μάχην. Ἑκάτερος οὖν τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐμέτρησε τῇ (ἑαυτοῦ) δυνάμει.

Schol. Homer. Villois. Il. Φ. v. 237. μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος. — Ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες τὸν Ἀχελῷον ἐταύρωσαν Ἡρακλεῖ ἀγωνιζόμενον. Ἀρχίλοχος μὲν οὐκ κ. τ. λ. Et Schol. minora ad Il. Φ. v. 194. Ἡρακλῆς εἰς ᾅδου κατελθὼν ἐπὶ τὸν Κέρβερον, συνέτυχε Μελεάγρῳ τῷ Οἰνέως, καὶ δεηθέντος γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Δηϊάνειραν, ἐπανελθὼν εἰς φῶς ἔσπευσεν εἰς Αἰτωλίαν πρὸς Οἰνέα. καταλαβὼν δὲ μνηςευόμενον τὴν κόρην Ἀχελῷον τὸν πλησίον ποταμὸν διεπάλαισεν αὐτῷ ταύρου μορφὴν ἔχοντι, οὗ καὶ ἀποσπάσας τὸ ἕτερον τῶν κεράτων, ἔλαβε τὴν παρθένον. Cf. etiam Hygini fabul. 31. Macrob. Saturnal. L. V. c. 17. Schol. Apoll. Rhod. L. IV. p. 293. Achelous inde a Sophocle v. 13. βούκρανος vel ex emend. Brunckii βούπρωρος dicitur. Acheloum hac forma cum uno cornu tauri, altero ab Hercule illi effracto, vide sis in Thesauro Antiquit. Graecar. Gronovii T. I. Rrr. Eundem capite cornuto v. in Dorvillii Siculis XI. not. 12. et notam p. 286. Haec pugna Herculis cum Acheloo etiam efficta erat in solio Amyclaei, ut Pausanias memorat Laconic. p. 101. Cf. Cl. Heynium in opere *Antiqua-*

rische Aufsaetze p. 57. item Magium L. IV. Var. Lect. Verum iam ante Archilochum Hesiodus id, quod Homerus per similitudinem de fluvio dixit, ad ipsum Neptunum transtulit eum tauriformem repraesentans 'Ασπ. v. 104. καὶ ταύρεος 'Εννοσίγαιος; quem deinde ceteri secuti oceanum et fluvios passim tauriformes exhibent. Euripid. Orest. 1281.

'Ωκεανὸς ὃν ταυρόκρανος ἀγκάλαις
'Ελίσσων, κυκλεῖ χθόνα.

Idem Ion. 1261. 'Ω ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρός. Sic etiam Latini. Virgil. de Tiberi Aen. VIII. 77. Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. et Georg. IV. 371. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. Horat. L. IV. 14. 25. Sic tauriformis volvitur Aufidus. Et inter recentiores Ariostus L. XLIII. Stroph. 32.

Qui presso una città difende
Il Po frà minacciose e fiere corna.

Unde et Neptuno et fluviis etiam tauri immolari soliti. Ipsi etiam fluvii e mari profluentes κέρατα dicti sunt. Apollon. Rhod. L. IV. 282.

"Εςι δέ τις ποταμὸς, ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο.

ubi schol. κέρατα λέγουσι τοῦ ὠκεανοῦ πάντας τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταφερομένους.

CXXX.

Μασσαλιώτας μὲν λέγουσι τοῖς ὀςέοις περιθριγκῶσαι τοὺς ἀμπελῶνας, τὴν δὲ γῆν, τῶν νεκρῶν καταναλωθέντων ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ χειμῶνος ὄμβρων ἐπιπεσόντων, οὕτως ἐκλιπανθῆναι, καὶ γενέσθαι διὰ βάθους περίπλεω τῆς σαπηδόνος ἐνδύσης, ὥςε καρπῶν ὑπερβάλλον εἰς ὥραν

πλῆθος ἐξενεγκεῖν καὶ μαρτυρῆσαι τῷ Ἀρχιλόχῳ λέγοντι, πιαίνεσθαι πρὸς τοῦ τοιούτου ἀρούρας.

Plutarch. T. II. p. 842. de numero caesorum bello Cimbrico. Reisk. in textu de suo dedit πρὸς τῶν τοιούτων, nempe μαχῶν vel συμπτωμάτων, quod tamen necesse non est. Archilochum sequitur Aeschylus Ἑπτ. ἐ. Θ. v. 589.

Ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα
Μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.

Et Pers. v. 804. ubi exercitum Xerxis in Graecia relictum ibique periturum vocat φίλον πίασμα Βοιωτῶν χθονί. Et Horatius Od. II, 1.

Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia praelia
Testatur? — —

Neque recentiores poetae hanc locutionem respuerunt. Sic Ariostus Orland. furios. Cant. XIV. Stroph. 5.

— — — se di vostra mano
Fosse caduta la milizia fiera,
Quanta n' ingrassa il campo Ravegnano.

et ibid. C. XVII. St. 2.

E diè Mezenzio al populo Agilino,
Che fè di sangue uman grasse le glebe.

Glover Leonidas C. II. v. 405. de bello caesis: And fatten with their blood their native soil.

CXXXI.

Τῶν δὲ Ἀργείων μετὰ Ἴναχον ἐβασίλευσεν ὁ Φορωνεὺς καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ἕως τῆς βασιλείας Λυγκέως τοῦ ἀγαγομένου τὴν Ὑπερμνήςραν γυναῖκα τῶν Δαναοῦ θυγατέρων. Ὅςις Λυγκεὺς πολεμήσας τῷ Δαναῷ βασιλεῖ

τοῦτον ἐφόνευσε καὶ ἔλαβε τὴν βασιλείαν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καθὼς ὁ Ἀρχίλοχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. Malalas ἐν Χρονικῷ L. IV. ab initio.

CXXXII.

Νηοπόλον νύχιον, τουτέςιν, ἀφανῆ, λαθραῖον. Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον. οἷον· Ἐν τῷ μυχίῳ ἀδύτῳ προφαίνοντα τῇ Κύπρῳ.

Tzetz. ad Theogon. Hesiod. v. 991. ubi tamen male ἐν τῷ μύχῳ ἀδύτῳ pro μυχίῳ legitur, quod idem cum νυχίῳ esse scholiastes non recte adserit. Μύχιος ἄδυτος vero est interius vel secretum penetrale vel sacellum Dei aut Deae, fortassis hic Veneris, quia de Cypro poeta loquitur, sicut sacellum Apollinis Delphis, ubi tripus Pythiae est et vaticinia eduntur, πολυςεφὴς μυχὸς ab Aeschylo dicitur Eumen. v. 38. Verum ad sensum totius fragmenti quod attinet, difficile est certi aliquid statuere, aut divinare, cum et nexus cum ceteris et verbum finitum desit, unde aliquid coniicias, et προφαίνω, προφαίνομαι varios significatus habeat, dubiumque sit, qui eorum recte huc referatur.

SINGULAE VOCES ARCHILOCHO USURPATAE.

CXXXIII.

Ἀγέρωχος.

Eustath. Il. β. T. I. p. 314. — Ἀγέρωχοι δὲ οἱ ἄγαν γέρας ἔχοντες, ἵνα εἶεν ἀγεράοχοι καὶ ἐν συναιρέσει ἀγέρωχοι, κατ' ἐπίτασιν τῶν ἁπλῶς γεραρῶν. δηλοῖ δὲ, φασὶν, ἡ λέξις τοὺς σεμνοὺς, ὡς Ἀλκμὰν βούλεται. Ἀλκαῖος δὲ, φασὶ, καὶ Ἀρχίλοχος ἀγέρωχον τὸν ἄκοσμον καὶ ἀλαζόνα οἶδε. Vocem igitur, qua Homerus in laudem eorum, quos ut strenuos in pugnando extollere vult, utitur, Archilochus adhibuit ad significandum hominem incompositum, inelegantem vel nimium ostentatorem. Nam Homero iidem Troiani, quos alias μεγαθύμους et ὑπερθύμους propter animum bellicosum vocat, etiam ἀγέρωχοι dicuntur Il. β. 623. η. 343. Sic et bellicosus Mysorum et Rhodiorum populus eandem denominationem obtinet Il. κ. 430. β. 664. Ad notationem vero huius vocis explicandam, quatenus eius significatio ab Homerica differt, Eustath. l. c. haec addit: τοῦτο δὲ ἴσως ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ὑπερηρμένου καὶ ὑπερφανοῦς (ἐξ οὗ πλεονασμῷ τοῦ η ὑπερήφανος) καὶ κούφου καὶ ἐλαφροῦ, ὃς ἄγοιτο ἂν ῥᾷον ὑπὸ ὄχου, ἤγουν ἅρματος.

CXXXIV.

Ἀγόμενος.

Hesychius: Ἀγόμενος· δοῦλος παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Observat Küsterus, fortassis ἄγκονος pro ἀγόμενος legendum esse, quia paullo ante dixit ἀγκόνους· δούλους.

CXXXV.

Ἀζυγία.

Hesych. Ἀζυγία· ἄζευκτον. Ἀρχίλοχος. Ex sententia doctorum ἄζυγα pro ἀζυγία legendum est, cuius exempla ex veteribus Alberti adfert, quae vide ibidem.

CXXXVI.

Ἄκομψον.

Hesych. Ἄκομψον· ἀπάνουργον, ἁπλοῦν. Ἀρχίλοχος οὐκ εὖ διακείμενον.

CXXXVII.

Ἀμοιβή.

Pollux Onomast. L. VI. C. 41. S. 147. περὶ δωρεῶν et de nominibus earum agens: κόμιστρα, χαριστήρια, μήνυτρα, θρέπτρα· ἐπὶ δὲ τούτοις λέγοιτ' ἂν καὶ τὸ ἀμείβεσθαι· ἀμφίβολος γὰρ ἡ ἀμοιβή. ἔστι μὲν γὰρ παρ' Ἀρχιλόχῳ. Ἀμοιβὴ et ἀμείβεσθαι non modo de bonorum, sed etiam de malorum retributione usurpari apud auctores, vulgo observari potest. Sic Hesiod. Ἔργ. 332. Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν. Eurip. Med. 23.

οἵας ἀμοιβὰς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ. Sic ipse Archilochus fragm. 75. verbo ἀνταμείβεσθαι utitur.

CXXXVIII.

Ἀργιλιπής.

Scholiast. Nicandri p. 35. β. vers. ἤτοι ἂν Εὐρώπη etc. — Ἀργίλιπες δὲ, ἤγουν ἔκλευκον. Ἀρχίλοχος δὲ ἀργιλιπής. Vocabulum igitur ἀργιλιπὴς, quod valde album significat, Nicandro paroxytonum, Archilocho vero oxytonum fuit.

CXXXIX.

Γυμνός.

Hesychius: Γυμνόν· ἀνυπόδητον ἢ ἀπεσκυθισμένον, ὡς Ἀρχίλοχος. i. e. γυμνὸς non calceatum aut etiam rasum et detonsum significat. ἀποσκυθίζειν, more Scytharum comas tondere. Theogn. v. 807. ἀλλ' ἄγε δὴ Σκύθα κεῖρε κόμην. Vid. interpp. l. c. qui varia auctorum loca excitant.

CXL.

Δήμιος.

Suidas v. μυσάχνη. Eustath. T. II. p. 1329. vide fragm. 158. Sed ille δῆμος, hic δῆμον habet, quod vitiosum est: nam scortum omnibus commune et publicum Archilochus significare vult, πόρνην κοινὴν τῷ δήμῳ, ut Eustath. l. c. explicat, Neobulae forte convicians. Unde Hemsterhusius in Suida et Eustathio adiective

δήμιος et δήμιον legendum esse recte statuit, et observat, talem mulierem ab Anacreonte πανδοσίαν et λεωφόρον vocari. Aeschrion de Philaenide Anal. T. I. p. 189. Οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος οὐδὲ δημώδης. Posset tamen legi et πάνδημος, πάνδημον, quod Veneris volgivagae epitheton recte ad eiusmodi scortum, illi addictum, transferretur. Aristid. de Minerva loquens T. I. p. 13. Μηδένα μήτε θεῶν μήτ' ἀνθρώπων (ἔδει αὐτῆς) ψαῦσαι κατὰ τὸν τῆς πανδήμου νόμον.

CXLI.

Διαβεβοστρυχωμένος.

Pollux 'Ονομας. L. II. c. 3. sect. 27. Βόστρυχος, βεβοστρυχωμένος· ἀφ' οὗ διαβεβοστρυχωμένος παρὰ 'Αρχιλόχῳ.

CXLII.

Διστόσῃ.

Hesych. Διστόσῃ· τῇ ἡλικίᾳ. 'Αρχίλοχος. Vox sola auctoritate Hesychii nitens, in nullo prorsus auctore alias occurrens, nec ab ullo Grammaticorum memorata.

CXLIII.

'Εκτενισμένοι.

Pollux L. II. c. 3. s. 34. 'Εκτενισμένοι μὲν εἴρηκεν 'Αρχίλοχος. cuius verbi exemplum deinde addit ex Anaxila: 'Ημεῖς δὲ κτενίζομεν Τελέσιππον οἰκόσιτον. Euripid. Hippol. v. 1174. Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας.

Figurate eo utitur Dionys. Halicarn. περὶ συνθέσεως c. 25. Ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων — οὐ διέλιπεν.

CXLIV.

Ἐξ.

Etymol. M. v. Ἐκ ῥώμης· ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. δεῖ δὲ προσθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ μετὰ παρέλκοντος, οἷον ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ· διὲξ σωλῆνος. καὶ πάλιν· διὲξ τὸ μύρτον, ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ μύρτον. Talem usum praepositionis ἐξ vix apud alios auctores invenias, nisi huc trahere velis compositum, sicut διὲξ, Homericum παρὲκ, παρὲξ, quod etiam ante consonantem positum invenitur. Odyss. ξ. 168. Πῖνε καὶ ἄλλα παρὲξ μεμνώμεθα. et μ. 276. Ἀλλὰ παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε νῆα μέλαιναν. et ibid. 443. μέσσῳ δ' ἐνδούπησα παρὲξ περιμήκεα δοῦρα. Sed etiam ante consonantem παρὲκ saepe positum invenias. Od. ι. v. 166. Νῆσος ἔπειτα λαχεῖα παρὲκ λιμένος τετάνυσται. Od. π. 166. παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς. Od. τ. v. 47. διὲκ μεγάροιο βεβήκει. nisi forte etiam in illis locis παρέλκον esse velis, quod rationem huius diversi usus contineat.

CXLV.

Ἐργάτις.

Hesych. Ἐργάτις· τὴν Νεοβούλειαν λέγει (Ἀρχίλοχος), ὡς παχεῖαν. Locum hunc auctoritate Archilochi recte sic expletum esse, indicat tum nomen Neobules, ab Archilocho amatae, tum etiam Suidas et Eustathius,

qui eandem vocem eiusque usum huic poetae tribuunt. (vid. fragm. 158.) Significationem vero huius vocis Hesychius explicat per παχεῖαν; utrumque autem inter titulos meretricios Suidas et Eustathius reponunt, ut μυσάχνη et δήμιος fragm. citat. „Hoc pacto igitur, Hemsterhusius inquit, ἐργάτις fuerit, quae corpore quaestum facit, τὸ ἀφ' ὥρας ἐργαζόμενον γύναιον. — Sed vix crediderim, Neobulen alia mente vel παχεῖαν vel ἐργάτιν vel utrumque simul fuisse nominatam, quam quia obesior et compacta corporis moles eam deformaret." Adde non esse verisimile, Hesychium voluisse significationem vocabuli parum notam per aliam non magis notam vocis παχεῖα illustrare. Immo illa prior, qua ἐργάτις scortum vel meretricem significat, satis obvia est et exemplis auctorum confirmatur. Ἐργάζεσθαι de quaestu inhonesto saepe dici docet Valckenar. ad Herodot. I. p. 48, 43. Idem observat Iacobs Animadv. Vol. II. P. II. p. 169. de vocibus ἔργον, ἐργάζεσθαι et ἐργασία, vitae meretriciae propriis, et Vol. II. P. II. p. 97. Athenaeus L. III. p. 572. F. Τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην — ἑταῖραι ἱδρύσαντο αἱ συνακολουθήσασαι Περικλεῖ, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν Σάμον, ἐργασάμεναι ἱκανῶς ἀπὸ τῆς ὥρας. Macedon. epigr. VII. Anthol. T. III. p. 113. v. 8.

εἰσὶ γὰρ ἄλλαι
Κρέσσονες εὐλέκτρου Κύπριδος ἐργάτιδες.

Sed hic loci Hemsterhusii sententia standum esse censeo.

Νεοβούλειαν. De qua vide commentar. §. 5. not. g. „Quae Νεοβούλη in Archilochi versu, Hesychio Νεοβούλεια, terminatione solenni modo variata. Sic δίκελον Ἰφιγένης Parthenius apud Etymol. p. 260. et quae τριφάλεια Hesychio nostro in φάλος, eadem alibi deterius scripta

τρυφάλη (pro τριφάλη). Hoc vulgo fieri in nominibus urbium docet Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 915." Hemsterh. Ita iam Homerus Πηνελόπεια Odyss. δ. 108, quae alias Πηνελόπη dicitur; Περσεφόνεια Odyss. λ. 216, et hymn. in Cerer. v. 237. Περσεφόνη appellatur.

CXLVI.

Ἔτρεψεν.

Hesychius: Ἔτρεψεν· ἐπέτρεψεν, ἠπάτησεν, παρέτρεψεν. Ἀρχίλοχος. Alberti suspicatur, fortean ἐπέστρεψεν vel ἀπέτρεψεν legendum esse. Doct. Schow pro ἠπάτησεν in MS. invenit ἐπάτησεν.

CXLVII.

Ἡμισύτριτον.

Hesychius: Ἡμισύτριτον· δύο ἥμισυ. Ἀρχίλοχος. ubi vide sis observationes interpretum, inter quos Küsterus notat, Atticorum et Ionum proprium esse, teste Didymo, ἡμισύτριτον pro δύο ἥμισυ dicere, eiusque testimonium ex libro Prisciani de figuris numerorum profert, ubi praeter alia: Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ ἡμισύτριτον φασί.

CXLVIII.

Κεροπλάστης.

Plutarch. de solert. animalium T. X. p. 66. Κέρας — τὴν τρίχα λέγεσθαι, καὶ τὸ κείρεσθαι διὰ τοῦτο καὶ τὴν κουράν· καὶ τὸν παρ' Ἀρχιλόχῳ κεροπλάστην

(mal. κηροπλ.) Φιλόκοσμον εἶναι περὶ τὴν κόμην καὶ καλλωπιςήν. Hesych. κέρας· κεφαλὴ, θρὶξ κ. τ. λ. et v. κεροπλάςης· λεπτουργὸς ἢ τριχοκοσμήτης, ad quod citatur ab interpp. Pollux L. II. c. 31. Οἱ δὲ περὶ τὴν κόμην χειροτέχναι κομμῶται. — οἱ δὲ καὶ κεροπλάςας αὐτοὺς ἐκάλουν, ὅτι κέρας ἡ κόμη. Vid. Etymol. M. v. κόρσοιφος et fragm. 120.

CXLIX.

Κηρύλος.

Aelian. Hist. Animal. L. XII. c. 9. de κίγκλῳ sive motacilla loquens: Κινεῖ δὲ καὶ τὰ οὐραῖα πτερὰ, ὥσπερ οὖν ὁ παρὰ Ἀρχιλόχῳ κηρύλος. Apostolius C. XI, 44. proverbio Κίγκλου πενέςερος haec exscripsit, ut et Phavorin. v. κίγκλος. De cerylo Antigonus Caryst. c. 27. Τῶν δὲ ἀλκυόνων οἱ ἄρσενες κηρύλοι καλοῦνται. ὅτ' ἂν οὖν ὑπὸ γήρως ἀσθενήσωσι, καὶ μηκέτι δύνωνται πέτεσθαι, φέρουσιν αὐτὸν αἱ θήλειαι ἐπὶ τῶν πτερῶν λαβοῦσαι κ. τ. λ. Vide ibid. adnotation. cl. Beckmanni, qui cerylum alcedonem hispidam, *Eisvogel, Königsfischer,* esse putat. Cf. et Aelian. H. A. L. VII, 12. Mosch. Idyll. 3. v. 42. Οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι κηρύλος ᾄδεν. Scribitur etiam κείρυλος, praecipue ab Atticis. Scholiast. Aristophan. ad Ὀρν. v. 3. Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν· βαλὲ δὴ, βαλὲ, κηρύλος εἴην· τοὺς δὲ Ἀττικοὺς κείρυλον. Φησὶ δὲ Δίδυμος τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κείρυλος λέγεσθαι. Fabulam de Ceyce in hanc avem mutato canit Ovid. L. XI. Metamorph. eamque narrat Eudoc. Viol. p. 63. Nomen vero huius avis videtur in eos adhibitum esse, qui, sicut cerylus, tempore progredi-

ente, viribus tandem deficiunt, in peius declinant, et quocunque modo in deteriorem conditionem delabuntur. Hinc illud Vespasiani apud Suetonium §. 23., qui de Cerylo liberto, cum ingenuum se et Lachetem, mutato nomine, ferre coeperat ad ius fisci subterfugiendum, illo versu Menandri usus est:

— — — ὦ Λάχης, Λάχης,
Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ
Κηρύλος. — — —

CL.

Κοκκύμηλα.

Pollux L. I. c. 12. sect. 232. Ἰςέον δὲ, ὅτι κοκκύμηλον μὲν οὐδετέρως, ὁ καρπός· ἀρσενικῶς δὲ τὸ δένδρον καλεῖ ἡ μέση κωμῳδία, ὁ κοκκύμηλος. χρῆται δὲ καὶ Ἀρχίλοχος τῷ τῶν κοκκυμήλων ὀνόματι. De coccymelis sive prunis cf. Athenaeum L. II. p. 49. quae et δαμασκηνὰ, et a quibusdam βράβυλα vocata sunt. Casaub. Commentar. p. 62, 40.

CLI.

Κοπᾶεν.

Etymol. M. Κοπᾶεν, ξίφος, παρὰ Ἀρχιλόχῳ, ἀπὸ τοῦ κοπάγειν (leg. κόπτειν). Κοπᾶεν igitur Archilochus significatione τοῦ ξίφους adhibuit, nisi potius, omissa interpunctione, legas κοπᾶεν ξίφος, sicut Homerus κωπῆεν ξίφος vel φάσγανον habet. Il. π. v. 333. πλήξας ξίφει αὐχένα κωπήεντι. et Il. ο. 713. Ut adeo illud proxime a κοπὴ, hoc a κώπη derivetur, varia pro vi radicis significatione.

CLII.

Κρεήτη.

Stephan. Byzant. Κρήτη ἡ μεγίςη νῆσος, ἣν Κρεήτην ἔφη Ἀρχίλοχος κατὰ πλεονασμόν. Litterae ε pleonasmum apud Homerum maxime in principio vocum invenias: sic ἐέλδωρ, ἐέρση, ἔεδνον, praecipue in verbis, ubi augmentum pleonastice ponitur, ἔειπε, ἐελμένος etc. Pleonasmum in nomine proprio similem τοῦ υ habet Erycius Cyzic. epigr. 2. Anal. T. II. p. 295. Τυμώλου pro Τμώλου, ubi Iacobs citat Stephan. Byzant. Τύμωλος· οὕτως ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν σχηματισμόν.

CLIII.

Κύρτη.

Pollux L. X. c. 36. s. 160. Ἀλλὰ μὴν καὶ κύρτη σιδηρᾶ ἀγγεῖόν τι, οἷον οἰκίσκος ὀρνίθιος, παρὰ Ἡροδότῳ καὶ Ἀρχιλόχῳ. Herodoti locus est L. I. Ἔλαβον ἂν σφᾶς ὡς ἐν κύρτῃ. Hesych. κυρτίς· ὀρνιθοτροφεῖον. Crinagoras epigr. 27. Anal. T. II. p. 147. Ψιττακὸς ὁ βροτόγηρυς ἀφεὶς λυγοτευχέα κύρτον κ. τ. λ. ubi cavea est viminibus contexta, ad quem locum Iacobs etiam haec Pollucis verba excitat Vol. II. P. I. p. 403.

CLIV.

Κυφωνισμός.

Scholiast. Aristoph. Πλοῦτ. v. 476. Κύφων δὲ δεσμός ἐςι ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ κᾶλον, ἔνθεν καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος κύφων. τάσσεται δὲ κἀπὶ

πάντων τῶν δυσχερῶν καὶ ὀλεθρίων. καὶ κυφωνισμὸς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν. Ἀρχίλοχος δὲ ἀντὶ τοῦ κακὸς καὶ ὀλέθριος. Archilochus igitur voce κυφωνισμὸς, quae alias poenam per κύφωνα inflictam significat, usus est ad hominem improbum et perditum indicandum, quem alii potius ab ipso instrumento poenae κύφωνα dicunt, cuius vocis originem exponit idem Scholiast. l. c. Εἴρηται δὲ κύφων παρὰ τὸ τοὺς δεσμίους ἀναγκάζεσθαι κύφειν, διπλῶς ἅμα κολαζομένους τῇ τε τοῦ τραχήλου πιέσει καὶ τῷ μηδαμῶς ἀνανεύειν δύνασθαι. Et Suidas: κύφωνες ξύλα εἰσὶν ἐπιτιθέμενα εἰς τοὺς τένοντας τῶν καταδίκων, ἵνα μὴ εὕρωσιν (leg. ἔχωσιν) ἀνακύψαι. Cf. Turnebi Adversaria p. 770, 15.

CLV.

Μυδαλέος.

Suidas v. Μυδαλέας· διαβρόχους. μυδαλέα δάκρυσι. καὶ μυδαλέον, δίυγρον, παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Quae deinceps sequuntur, et corrupta nec a Kustero emendata, forsitan sic legenda sunt: Λέγοιτο δὲ, ὡς ἐπὶ δακρύων, καὶ τὸ κάθυγρον, αἱματόεν, νοτερὸν, ῥυπαρὸν καὶ μυδαλέον ὁμοίως. Sicut vero de lacrymis, ita et humidum, cruentum, madidum, squallidum similiter etiam μυδαλέον dici posset. Sic Homerus de sanguine Il. ν. 54. κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας Αἵματι μυδαλέας. De lacrymis saepe occurrit. Hesiod. Ἀσπ. 536. Ἀχλὺς — Δάκρυσι μυδαλέῃ. Aeschyl. Pers. v. 536. — διὰ μυδαλέοις Δάκρυσι κόλπους Τέγγουσ' ἄλγους μετέχουσαι.

CLVI.

Μύκλος.

Tzetzes in Lycophr. v. 771. Μύκλος δέ τις γέγονεν αὐλητὴς κατωφερὴς εἰς γυναῖκας, κωμῳδηθεὶς ἐπὶ μαχλότητι ὑπ' Ἀρχιλόχῳ*). et v. 109. idem: Μύκλος καλεῖται ἡ ἐν τῷ τραχήλῳ τῶν ὄνων καὶ τῶν βοῶν ὑποδίπλωσις. μύκλους δὲ νῦν τοὺς μνηστῆρας λέγει διὰ τὸ ἀδδηφάγον καὶ κατωφερὲς εἰς λαγνείαν, ὡς Καλλίμαχος· Ἔστιν μοι μάγνης ἐννεάμυκλος ὄνος. Haec eadem habet Etymol. M. sed corrupta et ex hoc loco emendanda.

CLVII.

Μουνόκερα.

Hesychius: Μουνόκερα· τὸ μηκέτι ἔχον τὴν ἀλκὴν, ὡς Ἀρχίλοχος. Similitudinem ductam esse a cervis lassis, qui solis cornibus pugnant, Schrevelius existimat. Hesychius quidem κέρας etiam per δύναμιν explicat, sed observant ibi interpretes, significationem hanc esse hebraismum, ut ex Suida v. κέρας patet.

CLVIII.

Μυσάχνη.

Suid. v. Μυσάχνη· ἡ πόρνη παρὰ Ἀρχιλόχῳ· καὶ ἐργάτις καὶ δῆμος (l. δήμιος) καὶ παχεῖα. Eustath. T. II. p. 1329. Il. ψ. Ἀρχίλοχος δὲ παχεῖαν καὶ δῆμον (l. δήμιον) ἤγουν κοινὴν τῷ δήμῳ καὶ ἐργάτιν (ὠνείδισε τοιαύτην γυναῖκα), ἔτι δὲ μυσάχνην παρ' ἀναλογίαν τοῦ ἁλὸς ἄχνη καὶ εἴ τι τοιοῦτον. (vid. fragm. 140. et 145.)

*) Sic a Pottero restitutum pro vitioso Ἀρχιλόχῳ.

Sine dubio haec vox etiam inter convicia referenda, quae Neobulae poeta fecit; sed videtur ea potius femininum a μύσαχνος et eadem vox esse, quae μυσαχθὴς, et μύσαχνος abominandus, impurus, eadem significatione, forma tantum diversa. Cf. doct. Brunck. ad Theogn. v. 124. et quem ibi laudat Hemsterhus. ad Hesych. v. ἰάχεον.

CLIX.

Μύσχης.

Hesych. Μύσχης, εὖρος, ὡς Ἀρχίλοχος. Soping. εὐρῶς legendum censet. In libris Ἀμφίλοχος quidem legitur, sed cum auctor hic non alibi laudatus ab Hesychio inveniatur, Alberti recte iudicat, Ἀρχίλοχος, cuius saepe meminit, reponendum hic esse.

CLX.

Ὄα.

Pollux L. VI. c. 9. sect. 80. Ἦν δὲ τρωγάλια μυρτίδες, κάρυα, μέσπιλα, ἃ καὶ ὄα καλεῖται, καὶ τοῦτο τοὔνομά ἐςι παρὰ Πλάτωνι, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Admittenda hic est Kühnii emendatio, μέσπιλα, καὶ ἃ ὄα καλεῖται; nam alias mespila et sorba, quae diversa sunt, iidem dicerentur esse fructus, ut H. Stephan. observat.

CLXI.

Πακτῶσαι.

Pollux L. X. c. 5. sect. 27. ὁ Ἀρχίλοχος πακτῶσαι τὸ κλεῖσαι. et paucis versibus ante: τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον

καὶ τὸ πακτοῦν καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐςίν. Hesych. ἐπάκτωσαν· ἔκλεισαν, ἐφράξαντο. Aristophan. L. 264, 65. μοχλοῖσιν δὲ καὶ κλήθροισιν τὰ προπύλαια πακτοῦν. Schol. κλείειν, ἀσφαλίζεσθαι. Automedon epigr. II. p. 210. Anal. T. II. Λαίφεα πακτώσας μέσσα θέει πελάγη. ubi Iacobs interpretatur velis firmiter malo alligatis, ἀσφαλίσας, ut porta est firmiter clausa.

CLXII.

Παρδακός.

Scholiast. Aristoph. Εἰρήν. ad v. 1148. Οὐδὲ τυντλάζειν, ἐπειδὴ παρδακὸν τὸ χωρίον — παρδακὸν δὲ, δίυγρον. οὕτω γὰρ Ἀρχίλοχος καὶ Σιμωνίδης.

CLXIII.

Παχεῖα.

Hesych. v. ἐργάτις, v. fragm. 145, Suidas v. μυσάχνη et Eustath. T. II. p. 1329. Il. ψ. fragm. 158, qui ad maledicta referunt in meretricem ab Archilocho coniecta, et hanc ei significationem subesse volunt. Sed supra iam fragm. 145. verbis Hemsterhusii ostensum est, potius feminam obesa et compacta corporis mole deformem intelligendam esse, qualis veteribus minime arrisisse videtur. Rufin. epigr. 4. Anal. T. II. p. 391. Μήτ' ἰσχνὴν λίην περιλάμβανε, μήτε παχεῖαν. Unde Iacobs Animadvers. T. I. P. I. p. 169. Archilocho etiam tribuendum suspicatur illum senarium, quem scholiast. Aristophan. Ὀρν. v. 1619. profert: Περὶ σφυρὸν παχεῖα, μισήτη γυνή. Sicut supra fragm. 33. ῥοικὸς περὶ κνήμας dicitur, ita et hic παχεῖα

περὶ σφυρὸν, cuius pulchra forma veteres admodum videntur delectati esse; nam pulchrarum tum feminarum tum Dearum notissima sunt epitheta καλλίσφυρος, εὔσφυρος, ῥοδόσφυρος, χλιδανόσφυρος etc.

CLXIV.

Πρόκας.

Eustath. Il. ϑ. T. II. p. 711, 34. Λέγει δ' αὐτὸς (scriptor anonymus) καὶ τὰς πρόκας παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐπ' ἐλάφου τεθεῖσθαι. Sed ipsi Grammatici in dubio sunt, quaenam animalia πρόκες sint. Hom. Odyss. ρ. v. 295. Αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς. Schol. Didym. Δορκάδων εἶδος ἢ ἐλάφων, ἢ τὰ ἔκγονα τῶν ἐλάφων. Apollon. Soph. Lexic. p. 570. **Πρόκας**· οἱ μὲν ἐλάφους, οἱ δὲ ἕτερόν τι ζώου εἶδος ὅμοιον λαγωῷ, ὃ καλεῖται δορκάς. Ἀπίων δὲ ἀπὸ τοῦ μεγάλα κέρατα ἔχειν ἐτυμολογεῖ, οἷον προκέρας· πρὸ τοῦ τῆς ἡλικίας κέρας φύειν. Etymol. Magn. v. Προικόννησος· — — Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς κτίσεσιν (mal. κτήσεσιν) οὕτω λέγει τὰς ἐλάφους πρόκας. ὅθεν καὶ ἡ Προικόννησος· ἐν αὐτῇ γὰρ πλήθουσιν ἔλαφοι. — Φιλήτας δέ φησι πρόκας λέγεσθαι τὰς πρῶτον τεκομένας ἐλάφους, οἷον πρωτοτόκους, ὡς παρὰ Ἀπολλωνίῳ. Vide Scholiast. Apollonii Rhod. L. II. v. 279. Hesych. **Πρόκας**· ἐλάφους.

CLXV.

Πύγαργον.

Tzetzes ad Lycophr. v. 91. **Πύγαργον**· δειλὸν ἢ αἰσχρὸν ἢ ἅρπαγα. εἰσὶ γὰρ μελάμπυγον, πύγαργον εἴδη

ἀετῶν κατ' Ἀρχίλοχον. Etymol. M. Πύγαργος· εἶδος ἀετοῦ κ. τ. λ. Idem Hesychius. Apud Aristotelem Histor. animal. L. IX. c. 32. πύγαργος est prima classis a colore sic appellata, ut Stanlei. observat ad Aeschyl. v. 116. Agamemn., a quo ὁ ἐξόπιν ἀργίας dicitur. De Melampygo vide fragm. 105.

CLXVI.

Ῥαιβός.

Pollux L. II. c. 4. sect. 193. Ῥαιβοὺς δὲ καλοῦσιν, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη· βλαισοὺς δὲ, οἷς τὸ ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέςραπται. καὶ τὸ μὲν Ἀρχίλοχος, τὸ δὲ Ξενοφῶν λέγει. Sic etiam Galenus p. 100. περὶ Ἰητρείων· καλεῖται τὰ μὲν ἔξω ῥέποντα, βλαισὰ, τὰ δὲ ἔσω, ῥαιβὰ καὶ κυλλά. Latinis ῥαιβοὶ vari, βλαισοὶ valgi dicuntur. Ῥαιβὸν Archilochus fragm. 33. ῥοικὸν vocat, quod vide. Cf. item Etymol. M. v. βλαισός.

CLXVII.

Ῥόπτρον.

Schol. Aristoph. Ἀχαρν. v. 657. Σκανδάληθρα λέγεται τὰ ἐν ταῖς παγίσιν ἐπικαμπῆ ξύλα, εἰς ἃ ἐρείδει, ὅπερ Ἀρχίλοχος λέγει τὸ ῥόπτρον. Eadem habet Suidas v. σκανδάληθρα, additis his post ξύλα: ἀπὸ τοῦ σκάζοντα συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσὸν, τὰ πέταυρα τῶν παγίδων, ἃ Ἀρχίλοχος ῥόπτα (l. ῥόπτρα) ἐκάλεσεν.

CLXVIII.

Σάλπιγξ.

Hesych. Σάλπιγξ, σιγγνοσάλπιγξ ἀντὶ τοῦ κήρυκος. τινὲς δὲ ὄρνιν ποιόν. καὶ ὄργανον πολεμικόν. καὶ θαλασσίαν σάλπιγγα. Παρὰ Ἀρχιλόχῳ δὲ τὸν ςρόμβον.

CLXIX.

Σκελήπερον.

Hesych. Σκελήπερον, (in indice σκελήτερον) νήπιον. Ἀρχίλοχος. Sopingius σκέληθρον scribi iubet ex Polluce L. V. c. 101. Καὶ ἄλλους δέ τινας κόσμους ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, λῆρον, ὄχθοιβον, σκέλεθρον. Verum non apparet, quomodo vox haec scenica Archilocho recte tribui possit.

CLXX.

Συκοτραγίδης.

Ῥυποκόνδυλος καὶ συκοτραγίδης παρὰ Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ διὰ τὸ εὐτελὲς, φασὶ, τοῦ βρώματος. Eustath. ad Homer. Odyss. ρ. T. III. p. 1828, 11. οὐδ' ἄλα δοίης, ubi varias appellationes adfert, quibus homo sordide avarus veteribus vocari solebat, inter quas etiam ῥυποκόνδυλος ab Hipponacte, et συκοτραγίδης ab Archilocho usurpatum, a σῦκον et τρώγειν, prout eodem sensu quoque dicitur συκοπρίςης.

CLXXI.

Τράμις.

Erotian. v. Τράμιν· τὸν ὄῤῥον, ὅνπερ καὶ ἱππόταυρον καλοῦμεν, ὡς καὶ Ἱππώναξ φησὶν, ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμιν ὑποργάσαι (forte ὑποργάσαντος). μέμνηται καὶ Ἀρχίλοχος. Λυσίμαχος δὲ τὸν σφιγκτῆρα. Pollux L. II. p. 173. τὸ δὲ ῥαφῇ μὲν προσεοικὸς, ὑπὸ δὲ τὸν καυλὸν διὰ τοῦ ὀσχέου μέσου, ὑπὸ τὸν ὀνομαζόμενον ταῦρον — εἰς τὸν δακτύλιον καταλῆγον, περίναιον ὀνομάζεται καὶ τράμις καὶ ὄῤῥος. Suidae vero τράμις est ὁ πρωκτὸς, Hesychio τὸ ῥῆγμα τῆς ἕδρας, ὁ ὄῤῥος, τινὲς ἔντερον, οἱ δὲ ἰσχίον. (leg. ὄσχεον, ut etiam apud Suidam ὄσχεον pro ἰσχίον est reponendum voc. ὄῤῥος.) Eustachius in versione vocum Erotiani, quae sunt apud Hippocratem, Rufum de partium humani corporis appellatione excitat C. 12. — Lineam per medium discurrentem apud Graecos τράμιν, tramida, alii ὄῤῥον appellant.

CLXXII.

Τρίχουλος.

Pollux L. II. c. 23. Καὶ οὐλότριχες παρ' Ἡροδότῳ. Ἀρχίλοχος καὶ ἀναςρέψας τρίχουλον εἴρηκεν. Herodotus L. II. c. 80. de Colchis: μελανόχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες. Οὖλος de capillis idem quod crispus significare ostendit Iacobs Animadvers. V. II. P. I. p. 220. ad Philodemi epigr. 10. Anal. T. II. p. 85. v. 12.

CLXXIII.

Φασιανός.

Scholiast. Aristophan. Νεφ. v. 109. Φασιανούς. οἱ μὲν ἵππους, οἱ δὲ ὄρνεα. ἔνιοι δὲ ἵππους χάραγμα ἔχοντας Φασιανοῦ, ὡς ἀλεκτρυόνος — οἱ δὲ περὶ Ἀρχίλοχον, ὀρνίθων γένος. — Οἱ περὶ Ἀρχίλοχον solito idiotismo Graecorum pro Ἀρχίλοχος, apud quem Φασιανὸς notum avis genus indicat.

CLXXIV.

Φλύος.

Eustath. T. III. p. 1746, 8. Odyss. ν. Κνυζώσω κ. τ. λ. καὶ κνύος δὲ τὴν Φθορὰν κατὰ γένος οὐδέτερον, ὁμοίως τῷ θῶ, θύος, καὶ Φλῶ, φλύος παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐπὶ Φλυαρίας.

CLXXV.

Χήραψ.

Athenaeus L. III. p. 86. A. B. παρὰ Σώφρονι οἱ κόγχοι μελανίδες λέγονται. — Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἁλιευτικῷ τὸν ἀγροιῶταν χηράβας ὀνομάζει· καὶ Ἀρχίλοχος τῆς χήραβος μέμνηται. Est igitur ὁ χηράβης, vel, ut observante Casaubono membranae habent, ὁ χηράμβης conchae genus, incertum autem, quale. Sensus autem loci, ut Casaub. explicat, est, nomen χηράβης alios in masculino genere extulisse; Archilochum vero in feminino et tertiae declinationis, ἡ χήραψ, χήραβος, ut λαίλαψ. Hesych. χηράμβης explicat οἴκημα τῶν χηρῶν, quod nihil ad hunc locum spectat.

LOCA QUAEDAM
VEL INCERTA VEL ADMODUM CORRUPTA VEL FALSO ARCHILOCHO TRIBUTA AUT ILLI ADFICTA.

CLXXVI.

Τοῖς μὲν τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός·
Τοῖς ζῶσι δ' ἕτερον ἀνοσιώτατον, φθόνος.

Stobaeus Sermon. CCXXIIII. p. 618. Versus egregiae sententiae, et Archilocho dignae, sed ipsi dubie tantum adscripti in margine sic: Archilochi. al. Timoclis.

CLXXVII.

Θαργήλια, Ἀπόλλωνος ἑορτὴ καὶ ὅλως ὁ μὴν ἱερὸς τοῦ θεοῦ. Ἐν δὲ τοῖς Θαργηλίοις τὰς ἀπαρχὰς τῶν φυομένων (sic Voss. et Iens. pro φαινομένων) ποιοῦνται καὶ περικομίζουσιν· — καὶ Ἀρχίλοχος φησίν· Ὦ φαίε ἄγει τὰ Θαργήλια. Hesych. v. Θαργήλια.

Varie hunc locum tentarunt interpretes, alius φωσφόρε νῦν ἄγε τὰ Θαργήλια, alius φατὲ, vel etiam φαιὰν ὗν, quae vero omnia non satisfaciunt. Cl. Schow. in Ms. invenit φαίεν. Quid igitur, si legas: ὡς φαεὶν' ἄγει τὰ Θαργήλια, vel φαένν' ἄγει — quam splendide vel splendida agit Thargelia! De Thargeliis vide Plutarch. T. VIII. p. 863, 9. 10.

CLXXVIII.

Καὶ ὀπήτιον εἴρηται ἐν Νικοχάρους Κρησὶ τοῖς τρυπάνοις ἀντίπαλον, ὅπερ Ἀρχιλόχειον.

Pollux L. X. c. 31. sect. 141. ubi tamen in Mss. vox ultima Ἀγχίλειον, Ἀγχίλιον, Ἀρχίλιον, Ἀγχίλεον scribitur, unde Ἀρχιλόχειον editum est; an recte, quis adfirmare ausit? Sensus vero ex hoc loco, quem viri docti mutilum esse pronunciant, hic prodiret: Et subula dicta est in Nicocharis Cretensibus contraria terebris, vel, ut Hemsterhusius, aequalis et earundem virium, id quod ab Archilocho usurpatum vel petitum est.

CLXXIX.

Ἀρχίλοχος δὲ ἄμωτα καλεῖ τὰ κανάνεια. Athenaeus L. II. p. 54. D. ubi vero Ἀγέλοχος legitur, cuius nominis auctor notus non est. Hinc Ἀρχίλοχος legendum esse iudico, cuius iam supra fragmenta quaedam aderant, in quibus fructuum arborum vel pomorum, τῶν κοκκυμήλων καὶ τῶν ὄων, fragm. 150, 160. mentionem fecit.

CLXXX.

Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ, καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Τηλέφῳ, Ῥίνθων τε ἐν Ἀμφιτρύωνι, καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσι.

Athenae. L. III. p. 111. C. „Titulus ἐν Τηλέφῳ indicat carmen dramaticum, inquit Cl. Harlesius in Biblioth. Graec. T. II. p. 109. not. yyy. tempore Archilochi non satis cognitum et usurpatum. Sevin p. 52. suspicatur,

vel Athenaeum ipsum fuisse deceptum, vel locum esse corruptum et legendum esse Archippum, (cuius tamen drama hoc titulo apud veteres non occurrit). Ruhnkenius quoque ad Vellei. Paterc. 1, 5. p. 20. negat, Archilochum Telephum scripsisse et vocem panis, πιττάκιον, nosse potuisse. Commode autem ex grammatico Ms. Biblioth. Sangerm. πιττάκιον εἶπε Δεινόλοχος Τηλέφῳ corrigit Athenaeum, restituitque lectionem Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ." Dinolocho autem Syracusano vel Agrigentino licuisse iudicat vocibus uti sive Siculis sive Latinis panis et pittacium. Vixit hic Dinolochus Olymp. 73. aut iuxta Vossium 92. vel paulo ante et poeta comicus, XIV fabularum auctor a Suida perhibetur. Sed citatur etiam a Polluce ἐν Ἀμαζόσιν X, 177. ἐν Μηδείᾳ IV, 174. quae tragoediarum potius tituli, ut Τήλεφος, esse videntur. Ceterum Telephi fabulam multi et praecipui veterum tragicorum tractaverunt, Aeschylus, Plato T. I. p. 244. Scholiast. Aristoph. Βατράχ. v. 1301. Sophocles, Hesychius v. ἀειφόρος, Euripides, Aristotel. in Rhetoric. III, 2. p. 316. n. Clemens Alex. p. 624. Schol. Aristoph. Πλοῦτ. 601. Νεφ. 888. et alias, Agathon, Athenaeus L. X. p. 454. D. Moschion, Stobaei Eclog. phys. V. I. P. I. p. 152. Rhinthon, Pollux X. c. 7. segm. 35. Citatur etiam Telephus Philetae a scholiaste Apollonii Rhodii L. IV. v. 1141. sed dubitant merito viri docti, utrum drama carmenne potius elegiacum fuerit. Vide Fragm. Philetae a Kaysero collecta et illustrata p. 30.

CLXXXI.

Τὸ κροαίνων οὐκ ἔςιν ἐπιθυμῶν, ὡς Ἀρχίλοχος ἐξέλαβεν, ἀλλ' ἐπικροτῶν τοῖς ποσὶ διὰ τοῦ πεδίου. Schol. ad Homer. Villoison. L. VI. v. 507. p. 174. et aliud

scholion ibidem: οἱ νεώτεροι ἐπιθυμεῖν τὸ κροαίνειν, ὡς Ἀρχίλοχος. Verum hic Ἀντίμαχος legendum est, qui, ut ex illis scholiis omnino patet, Homerum commentatus est, et edidit, et quem ea saepius reprehendunt Homerum non recte intellexisse.

CLXXXII.

Theophrastus ὑπὸ τὸ ἄστρον fieri τὴν ἐντομὴν balsami scribit. — Graeci antiqui τὸ ἄστρον κατ' ἐξοχὴν sidus caniculae vocant. Non ita Latini. Archilochus:

Τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Sic Salmasius Plinian. Exercit. ad Solinum p. 416. b. c. Sed non recte tribuit haec Salmasius Archilocho, quae Alcaei sunt, ut Athenaeus testatur L. I. p. 22. E. F. Φησὶ δὲ καὶ Ἀλκαῖος ὁ Μιτυληναῖος ποιητής· Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· ἥδ' ὥρη χαλεπή· πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος. καὶ ἀλλαχοῦ· Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Item Macrob. Saturnal. L. 7. c. 15.

CLXXXIII.

Trimetrum autem (iambicum) Archilochum reddidit illustrem, cuius exstat ille tam suavis quam operosus quadratus:

Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι· λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Scaliger Poetic. p. 135. Sed fallitur etiam Scaliger. Nam et hic versus Alcaei est, testante Hephaestione p. 16. Τετράμετρα δὲ, οἷον τὸ τοῦ Ἀλκαίου· Δέξαι με κωμάζοντα κ. τ. λ.

CLXXXIV.

Callimachus Hymno εἰς Ἄρτεμιν fabulatur, Herculem iam in Deos relatum nihilominus inexplebilis edacitatis esse et gurgitem insignem. Οὐ γὰρ, inquit,

Παύσατ' ἀδηφαγίης· ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη,
Τῇ ποτ' ἀροτριάοντι συνήντετο Θειοδάμαντι.

— — ubi interpres in commentariis graecis annotat, Thiodamantem fuisse Dryopum regem. Cui subscribere videtur et Lucilius Tarrhaeus ex Archilocho et Pherecyde scribens, Herculem, esuriente Hyla puero, relictoque a tergo paedàgogo Licha, forte obvium Thiodamanti poposcisse aliquantum cibi: cuius cum repulsam tulisset, ira succensum diripuisse e bobus alterum, eoque mactato epulatum fuisse. Qua accepta iniuria, Thiodamantem in urbem regressum, compulisse oppidanos ad arma adversus Herculem. Ibi tum necessitate extrema circumventum Herculem etiam uxorem Deianiram armasse, proelioque superiorem Thiodamantem neci dedisse, gentemque omnem in alias sedes transportasse. Ita Hadrian. Iunius Animadvers. L. IV. C. IV. Locum hunc Lucilii Tarrhaei, cuius haec narratio Archilocho partim debetur, indagare non potui.

CLXXXV.

Clodius in Descriptione artis poeticae systematicae (*Entwurf einer systematischen Poetik*) Vol. 2. p. 555. de dithyrambo agens dicit, nomen huius carminis inde fluxisse, quod Bacchus bis natus est δὶς θύρας ἀμείβων; alios vero censere inde ortum, quod famulus Bacchi iuxta Archilochum id nominis habuit. Unde vero hanc Archilochi auctoritatem vir doctus desumserit,

nescio. Nam inter omnia veterum testimonia de Archilocho et fragmenta eius unum tantum est, in quo dithyrambi carminis, sed non famuli Bacchi, mentio fit. Vid. fragm. 38.

CLXXXVI.

Aristaenetus L. II. epist. 19. Archilochum Terpandro scribentem fingit; verum haec epistola ingenio Archilochi eiusque dicendi et cogitandi generi, prout ex auctorum testimoniis et fragmentis id novimus, parum est conveniens, quin sophistam ubique prodit flores et venustates conquirentem. En tibi ipsam epistolam:

Ἀρχίλοχος Τερπάνδρῳ.

Ὅρα πρὸς Διὸς, ὅπως γυνή τις ἠρέμα προτρέπει μαςροπὸν αὐτῆς γενέσθαι τὴν δούλην. Ἔφη γάρ· Ἢ φαντασίαν εἶδον, ὦ παιδίσκη, καθ' ὕπνον, οἷα φιλεῖ, ἢ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων κωμαςῶν ὑπὲρ ἐμοῦ μενων*) ἀωρὶ νύκτωρ, οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ. Ἐλεύθεροι γὰρ οἱ ςενωποί. Παίζειν καὶ γελᾷν καὶ ᾄδειν τῷ θέλοντι ἔξεςιν. Νὴ τὰς Μούσας, εὐςόμως ᾖδον, ἴσα καὶ Σειρῆνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν. Ἀληθῆ, φησὶν ἡ παῖς, ἀκήκοας, ὦ κεκτημένη· σὲ γάρ τις νέος καταβόςρυχος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ πάλαι ποθεῖ. Ἱπποθαλὴς μὲν ὄνομα. Ἱκανὸς δὲ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ κάλλους γινώσκεσθαι. Καὶ πολλάκις μοι διείλεκται περὶ σοῦ. Καὶ βούλομαι, ἔφη, τὴν σὴν δέσποιναν προσειπεῖν. Ἀλλ' ἐδεδίειν προσαγγεῖλαι τὸν λόγον. Αὐτίκα γοῦν ἡ κεκτημένη τὴν θεράπαιναν ἐπανήρετο· Τὸ βούλημα ἤκουσας, ὦ φιλτάτη;

*) μενόντων Casaubon. i. e. πρὸ θυρῶν ὑπὲρ ἐμοῦ μενόντων, qui propter me ante fores morantur.

Ναὶ, φησὶν ἡ παιδίσκη. Ἡ δὲ, ὡς ἐμοῦ γε μήπου μαθούσης, ἔφη, παρίτω πάλιν προσᾴδων· κἂν ἐρωτικός μοι δοκοίη, χαριοῦμαι τῷ μειρακίῳ. Ἦλθεν· ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσασιν· ἐμμελέςερον ᾖδεν. Ἐκρίθη καλός· καὶ ἀλλήλων συναπέλαυον ἄμφω, οὐ μόνον ςέρνῳ ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς. Τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται· καὶ τοῦτο ἔςιν ὃ βούλεται. Σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν ςομάτων πρὸς ἀλλήλας καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσιν, καὶ ἡ μίξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν.

CLXXXVII.

PSEUDARCHILOCHUS

SIVE

ARCHILOCHI LIBER DE TEMPORIBUS AB ANNIO VITERBIENSI EDITUS.*)

Maseas Phoenix Damascenus libro nonagesimo septimo historiarum asserit ante Ninum ferme ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum, et quendam, cui testimonium perhibet Moseus antiquissimus historicus, liberatum circa fluvium Araxim ad montes Caspios, tumque recenti coelo et rudi humano genere vixisse auream vitam, in qua nullo ferente legem natura ipsa vivebatur, quousque Ninus et Semiramis arma populis inferentes primi vitam vitiare coeperunt humanam. Tradunt igitur Chaldaei primo et trigesimo atque centesimo ab Ogyge anno regnasse apud se Saturnum avum Nini annis sex et quinquaginta, primumque Babyloniae fundamenta iecisse. Hunc secutum fuisse Belum Iovem et rexisse Chaldaeos et Assyrios annis duobus et sexaginta: Ninum vero duobus et quinquaginta: Semiramidem duobus et quadraginta. Ea Babyloniam magnitudine indicibili exstruxit. Supputantur igitur a Nino ad primum annum Speri, quo ortus est Deûcalion, anni LI supra CCCC,

*) De Annio Viterbiensi, monacho Dominicano saeculi XV, qui suppositis veteribus auctoribus scriptis multos fefellit, vide Fabric. Biblioth. Latin. T. I. p. 877. et T. III. p. 886. Edit. eius commentariorum pr. Romae apud Eucharium Silber 1490. fol.

septingenti vero a prima inundatione novimestri, a qua ad Troiam collegit Maseas annos non minus octo et viginti supra octingentos.

Regnatum vero fuit Troiae sub regibus sex: sub Dardano quidem uno et triginta annis; sub Erichthonio quinque et septuaginta; sub Troe sexaginta; sub Ilo quinque et quinquaginta; sub Laomedonte sex et triginta; sub Priamo quadraginta.

Secuti sunt anni D a captivitate Troiae usque ad vicesimam tertiam olympiadem, in quibus floruerunt Homeri octo. Horum primus in annalibus Teutei regis Assyriorum traditur, qui vigesimus septimus a Nino exstitit. Hic Homerus, ut ibi traditur, fuit Smyrnaeus et praefectus eiusdem Regis ante descensum Heraclidarum in Peloponnesum anno XX. Demophoontis regis Atheniensium, quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Oreste interemtus. Hunc secutus est Homerus Chius, qui, ut Chiensium memoria tradit, floruit arte medicinae anno XIX. Melanthis regis Atheniensium. Alius fuit Homerus patria Cumaeus, qui, ut ipsi Cumaei tradunt, enituit magia magis quam literatura anno XXIIII. Codri regis Atheniensium. Quartum civem suum praedivitem Salaminenses Cyprii efferunt, arte institoria inclytum, anno óctavo Agasti Atheniensis. Biennio post emersit Homerus Colophonius, quem illorum annales, migratione ionica, praedicant, effulsisse arte pictoria simul et sculptili. Sextus fuit Atheniensis, qui, ut ipsi scribunt, illustris revocatione abolitarum legum et novarum latione floruit sub Archippo. Septimum Argivi habent musicae atque geometricae disciplinae praeceptis admirabilem anno decimo septimo Diogeneti Atheniensis.

Ultimum hunc Homerum aetas nostra cernit, qui olympiade XXIII. et a Troiae excidio anno D, patria

Maeon, Olympico certamine victor, iudicio totius Graeciae eximius poetarum est habitus, et ei soli ius tributum emendandi characteres et nomina et linguam graecam, quae, ut ferunt, Cadmus Samothrax fere barbara et plena ruditatis attulit sub excidium Troianum, cum reversus esset a fuga, quam inierat ob certamen, quod illi prisca uxor intulerat propter nuptias superinductae Harmoniae. Sunt ergo nunc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariam quandam vetustam et non Phoeniciam ferebant, quia nihil Phoenicum habent, ut cernimus, sed Galatarum et Maeonum figuras retinent. Idem Homerus reformavit characteres et grammaticae praecepta primus dedit, cum antea quisque sermone scriberet simul et loqueretur vernaculo. Quae profecto etiam Italia, quae et magna Graecia suscepit. Hactenus de temporibus.

EPICRISIS FABRICII

BIBLIOTHECAE GRAECAE T. XIII. P. 212.

Post alia quaedam de hoc Annii scripto Fabricius sic pergit:

„Quam apertus sit in his commentitii scriptoris fucus, facile cognoscet lector, si cogitet aetatem Archilochi huius assignari ad olympiadem XXIII. et a Troiae excidio annum quingentesimum ex loco Tatiani, qui de Archilocho poeta, quem Gygis tempore fuisse scribit etiam Herodotus L. I. c. 12, ita habet 109. edit. Oxon. (Paris. p. 167.) (Vide supra §. II. not. h. in commentario.) Et tamen Archilochus iste ex poeta repente factus historicus citat Mnaseam, qui sub Ptolemaeo Physcone scripsit annis post olympiadem XXIII. amplius quingentis. Et pro Mnasea Maseam appellat Annius ex corrupto latinae versionis antiquitatum codice, ex quo etiam ridicule Mnaseam fecit Phoenicem Damascenum, cum fuerit ex Lycia Patarensis. Sed in codice illo verba quaedam exciderant, quod Annio fraudi fuit. Nam apud Iosephum L. I. Antiquitatum C. 4. est: *Μνασέας τε καὶ ἄλλοι πλείους, καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐννενηκοςῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱςορεῖ* — Mnaseas et alii plures, quin et Nicolaus Damascenus libro nonagesimo sexto narrat. Hinc patet, unde Mnaseas ex Patarensi illico Damascenus et Librorum XCVI auctor exstiterit, quos nunquam

scripsit, licet composuerit alia historica et geographica, de quibus Io. Harduinus ad Plinium et Vossius L. I. de Historicis Graecis C. 21. ubi etiam de Mnasea Berytio et Colophonio sive Locrensi paegniorum scriptore, qui per ludibrium dictus est Salpes, quod est nomen piscis vario colore, ut notat Athenaeus L. VII. p. 321. Mnaseae Phocensis mentio apud Aristotelem l. 4. Politic. et Diopor. Sicul. XVI. p. 437. Mnaseam alium secum colloquentem inducit Iustinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 143. (Inde sequuntur quaedam de aetate Archilochi poetae, quae in commentario huic operi praefixo iam exposita sunt §. II. not. h. et XIX. not. b.) Teutei nomen sumsit Annius ex Diodoro vel Eusebii Chronico, ubi inter Assyriorum reges numeratur, qui in Pontaci editione p. 1. est Tanteus, in Scaligeri p. 18. proinde ut apud Annium Teuteus. Sed annales ab eo scriptos nemini opinor ante Annium in mentem venit.“ Haec Fabricius.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ
QUORUMDAM
CARMINUM GRAECORUM
EDITORIS.

Εἰς τὸ τῆς Θηρεσίας σῆμα.

Θηρεσίης τόδε σῆμα· ὁρᾷς, ὡς ἔνθα Σεβαςὴν
  Πενθοῦσ' αἱ πᾶσαι ξὺν Χαρίτεσσ' Ἀρεταί·
Ὡς σύμπας ἀλύει πατρίδος τὴν μητέρα ζητῶν
  Λαὸς, κειράμενος δακρυόεν πλοκάμους.
Οἴμοι, τῶν ἀρετῶν τί μή ἐςι βίον λύσασθαι;
  Νὴ Δία, Θηρεσίη ἔσκεν ἂν ἀθάνατος.
Ἀλλ' οὕτως ἱερὸν νῦν ὕπνον σῶμα καθεύδει,
  Ἡ δὲ θεῶν αὐλὰς ψυχὴ ἐς ἄςρα ἔβη.
Οὐδ' ἡμῖν θάνε· νῦν γὰρ λαοῦ ἐκεῖ μελετῶσα
  Ζώει· ἐν δ' υἱῷ τῇδε πάρεςιν ἑοῦ.

Εὐχή.

Εἴ τί ποθ' ὕψιςός μοι Ζεὺς κρηήνῃ ἐέλδωρ,
  Οἷο τυχὼν θυμὸς μᾶλλον ἐμεῖο χάροι·
Οὐδέ ῥα εὐξαίμην μοι τὰ Κροίσοιο γενέσθαι,
  Οὐδέ ῥα τῆς πάσης ἀρχέμεναι Ἀσίης.
Μᾶλλον ἄρ' αὐτάρκης τόσσων μοι εἰμὶ μελόντων,
  Τῶν ἡ ἐμοῦ κρέμαται Φροντὶς ὑπὲρ κεφαλῆς;
Κεῖνον ἐγὼ πολύ φημι μακάρτερον, ᾧ βίον οἶκος
  Ξὺν μὲν τῇ ἀρετῇ μέτριον ἐντὸς ἔχει·
Ὃν δὲ Διὸς κοῦραι Μοῦσαι περὶ κηρὶ φιλεῦσιν,
  Καί μιν ἐκόσμησαν τὰς πραπίδας σοφίῃ.
Αὐτοῦ γὰρ κλέος ἐςὶν ἄμεινον πᾶσαν ἐπ' αἶαν,
  Ἢ εἰ ἐὼν ἥρως τάςδε πόλις ἔπραθεν,

Ἀνθρώπων τε τὰ ἔργα, καί οἱ κειμήλια πολλὰ
  Ἦεν ἂν ἀχρήςως κείμενα ἐν θαλάμοις.
Ἀλλὰ σοφὸς μήδεσσι βροτοὺς φιλέει ἀγαθοῖσιν
  Εὖ ποιεῖν, ὀρθὴν δ' ἡγεμονεύει ὁδόν·
Αὐτάρκη δὲ νέμει βίον αὐτὸς ῥεῖα, πεποιθὼς
  Τῇ ἀρετῇ, πᾶσιν τίμιος ἠδὲ φίλος.
Αἴθε τό μοι Διὸς ἐκ Μουσῶν τε γένοιτο, βίου μὲν
  Μετριότης, σοφίη, πᾶς δ' ἀγαθός με φιλοῖ.

Εἰς Στόλλον ἰατρόν.

Τῷ ἀΐδι Στόλλον θάνατος προΐαψε, φοβηθεὶς,
  Τέχνῃ τοῦδ' ἀνδρὸς μὴ νεκύων ἀπορῇ.

Ἐλεγεία εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον.

Οἴμοι ὀϊζυρᾶς, ἣ θνητοὺς ἔλλαχεν, αἴσης,
  Οὔτε τι φειδομένης τοῦ σοφοῦ, οὔτ' ἀγαθοῦ·
Ἀλλὰ κακὰς ἐπὶ κῆρας ἄγει ξύμπασι, γόον δὲ
  Τοῖσιν ὀπίσσω ἅλις δακρυόεντ' ἔλιπεν.
Ὣς ἡμᾶς ἐκάκωσ', ὥς ἄλγος ἔθηκεν ἄλαςον
  Σχετλίη, ἁρπάζουσ' εἰς ἀΐδαο δόμους
Στόλλον, ἀλεξητῆρα κακῶν βιότοιο, ἄωτον
  Τῆς σοφίης πάσης ἠδὲ δρέποντ' ἀρετῆς.
Ἰητὴρ γὰρ ἐὼν πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
  Ῥύσατο ἐκ νούσων, ὡς θεὸς, ἀργαλέων,
Ῥύσατο, ἄντε πολυκτήμων, ἄντ' ἦσι πενιχρὸς,
  Εὖ φιλέων ἔργοις ποιέμεν, εὖ τε λόγοις,
Πάντας δ' ἐκ θυμοῦ θεραπεύσας οὐδ' ἐδίωξεν
  Κέρδεα, ἀντὶ βροτῶν κέρδεα αἰσχρὰ βίου.

Τῷ ῥά φίλος πᾶσιν καὶ τίμιος αἰὲν ἐτύχθη,
  Ἤτοι ἅ γ' ἐσθλὸς ἔπραξ' ἢ ἐδίδαξε σοφός.
Καὶ γὰρ ἀπὸ ςόματος δίου παιδεύματα φωνῇ
  Μειλίχῳ, ὡς πηγῆς τοῦ Ἑλικῶνος ἄπο
Ἔνδροσα, ςάζ', αὐταῖς Μούσαις φίλος, αἳ νέον ὄντα
  Ἱρῷ ἔθρεψαν Πιερίης ἐν ὄρει.
Καὶ φύσεως διφῶν πάσας σωτηρίου οἴμους
  Ἐν πινυταῖς ἐχάρασσ' ἐσσομένοισι βίβλοις.
Ἀλλ' ὑμεῖς, ἀρετῆς οἷς δὴ πλεῖόν τι μέμηλεν,
  Ὑμεῖς, οἷς πλεῖόν πού τι μέλει σοφίης,
Σχέσθαι ἐνὶ ςήθεσσ' αἰὲν μνημήϊον ἀνδρὸς
  Ἔξοχα τὴν σοφίην κυδίμου ἠδ' ἀρετήν.
Καὶ δὴ τύμβον ἑοῦ πέρι δένδρεα καλὰ φυτεύειν,
  Ὄφρα οἱ ἔνθα θάλωσ' ἀΐδιοι χάριτες.

Εἰς Γαβριήλην τὴν ποιήτριαν.

Ἔκλυε Μνημοσύνη Γαβριήλης τῆς μελιφώνου·
  Ἆρ' ἔτεκον Μούσας, εἶπεν, ἔγωγε δέκα.

Ἀνακρεοντικόν.

Τί τὰς κόρας ἔδωκεν
Φύσις καὶ οἴνου ἡμῖν;
Ὡς φευγέμεν ςυγεῖν τε;
Τόδ' οὐ σοφὸς πιθείη.
Ὄφις δὲ φευξόμεσθα
Καὶ φάρμακον καὶ ἄλγη,
Φέροντα κῆρας ἡμῖν.
Ἀλλ' εἰ ὅδ' οἶνος ἡμῶν

Τὴν καρδίην ἰαίνει
Καὶ ἡ κόρη ἔτερψεν·
Τί δ' ἄρ σφεας φύγοιμεν;

Εἰς Ἀηδόνα.

Τὰν δέ σευ φωνὰν, χαρίεσσ' ἀηδὸν,
Δενδρέων ἐκ τῶν πετάλων ἀκούων,
Χαίρομαι, ἔλδει δέ μευ ἦτορ ἶσον
Τὶν κάλ' ἀείδειν.

Ἁ δέ μευ φωνᾶς κόρη ἀκροᾶσθαι
Ἦισι τερπέσθω φρεσὶν, ὥς ἐγών σευ
Καὶ καλῶς, φάνῃ, τὺ καλῶς, ἀηδὼν
Οἷάπερ, ἄδῃς.

Ναπολέωνος καὶ Λοδοΐκης Γάμος.

Ἄρης Ναπολέων γαμεῖ Ἀγλαΐαν Λοδοΐκην·
Πάντων, ὅς μὲν ὅπλοις, κάλλεϊ ἡ δὲ κρατεῖ.

Aucto-

Auctores Classici,

et alii

libri latini et graeci,

qui venales prostant

Lipsiae,

in officina libraria Ioannis Sommer.

Aeschinis opera omnia, cum Commentariis Hieron. Wolfii, Io. Taylori, Ierem. Marklandi, I. I. Reiskii, et aliorum. Acc. a) Matthaei libellus de Aeschine oratore. b) Dinarchi orationes tres, cum annotatt. Hier. Wolfii ad primam solam, I. I. Reiskii ad omnes. c) Lycurgi oratio, cum annotationibus Taylori et Reiskii. d) Demadis fragmentum, cum annotationibus Io Gotfridi Hauptmanni, eiusdemque de Demade dissertatione, e) Andocidis orationes quatuor, cum annotationibus I. I. Reiskii. f) Epilogus, in quo, praeter alia minora, Zosimi Ascalonitae et alius Anonymi vitae Demosthenis graecae, nuper adhuc ineditae, produntur. Voll. II. 8. mai. 8 thlr., charta scriptoria, 12 thlr.

de Aeschyli Persis, Diatribe. Auctore C. G. Siebelis. 1794. 8. mai. 12 gr.

Αἰσωπου Μυθοι. Fabulae Aesopicae Graece, quae Maximo Planudi tribuuntur. Cum Io. Hudsoni et Io. Mich. Heusingeri notis, atque indice verborum locupletissimo. Editio nova multo emendatior auctaque supplemento fabularum et notarum. Cura G. H. Schaefer. 1810. 8. 1 thlr. 12 gr., charta belgica, 2 thlr., charta pergamena, 2 thlr. 16 gr.

Αἰσωπου Μυθοι. Fabulae Aesopicae Graecae, quae Maximo Planudi tribuuntur. Ex recensione Io Mich. Heusingeri. Cum indice verborum locupletissimo. Editio nova, multo emendatior auctaque supplemento fabularum. In usum scholarum. Cura G. H. Schaefer. 1810. 8. 14 gr.

Antonini Liberalis Transformationem congeries. Cum notis Guil. Xylandri, Abr, Berkelii. Thomae Munkeri, et Henrici Verheykii. Accesserunt Aesopi Fabulae aliquot, quae in Aesopearum editionibus haud leguntur, et Babrii nonnullae. 1791. 8. mai. 20 gr.

Antonini Liberalis Transformationum congeries, graece, cum Gabriae fabulis tetrastichis, et Babrii nonnullis. In usum Scholarum. 1806. 8. 4 gr., charta scriptoria, 8 gr.

Archilochi, Iambographorum Principis, Reliquiae, quas accuratius collegit, adnotationibus virorum doctorum suisque animadversionibus illustravit, et praemissa de vita et scriptis poetae commentatione, nunc seorsum edidit Ignatius Liebel. 8 mai. Charta impressoria, 2 thlr. 12 gr., charta scriptoria, 3 thlr. 8 gr., charta membranacea. 4 thlr. 16 gr.

M. Aurelii Olympii Nemesiani Eclogae IV., et T. Calpurnii Siculi Eclogae VIII. ad Nemesianum Carthaginensem. Cum notis selectis Titii, Martelli, Vlitii et Petri Burmanni integris 8 mai. 20 gr.

Bahrdtii, D. Car. Frid., Observationes criticae circa lectionem codicum MSS. Hebr. 4. 4 gr.

Boehme, D. Ioh. Gottl., de Litteratura Lipsiensi, Opuscula academica. Acc. Rich. Croci Britanni Encomium Academiae Lipsiensis, et Henrici Stromeri Auerbachii sermo panegyricus Petro Mosellano dictus, cum Mosellani responsione. 8. mai. 12 gr.

Burmanni, P., antiquitatum romonarum brevis descriptio In usum scholarum et praelectionum passim emendavit, supplevit et notulas subiecit. F. V. Reizius. Ed. nova. 1809. 8. 8 gr.

Ciceronis, M. Tull., Orationes selectae. Ad exemplar probatissimorum codicnm expressae. Cum Christophori Cellarii argumentis, rhetorico artificio, et verborum, rerum ac rituum interpretationibus, atque his nona editione auctioribus. 8. 10 gr.

Cydonii opusculum de contemnenda morte, graece et latine. Recensuit, emendavit, explicavit C. T. Kuinöl. 8 mai. 10 gr.

Dionis Chrysostomi orationes. E recensione I. I. Reiskii, cum eiusdem aliorumque Animadversionibus. Acc. Is. Casauboni in Dionem Diatriba. b) Federici Morelli Scholia in Dionem. Voll. II. 1798. 8 mai. 5 thlr., charta scriptoria, 8 thlr.

Ernesti, I. C. G., de Suidae Lexicographi usu, ad crisin et interpretationem librorum sacrorum. 8. mai. 4 gr.

Euphormionis Lusinini, sive, Io. Barclaii, Satyricon, in VI Partes dispertitum et notis illustratum. Cum Clavi. Accessit Conspiratio Anglicana. Editio nova. 8. mai. charta scriptoria, 3 thlr.

Εὐριπίδου Ἑκάβη. E recensione et cum notis Rich. Fr. Phil. Brunck. In usum praelectionum. Editio auctior et emendatior, cum varietate lectionis Porsonianae. Cura G. H. Schaefer. 1803. 8. 6 gr., charta scriptoria, 9 gr.

Εὐριπίδου Ἑκάβη. E recens. Rich. Fr. Ph. Brunck. In usum schola-

scholarum. Editio emendatior. Cura G. H. Schaefer. 1810. 8. 4 gr.

Εὐριπίδου Ἱππολυτος Στεφανηφορος. E recensione et cum notis Rich. Fr. Phil. Brunck. In usum praelectionum. Editio auctior et emendatior. Cura G. H. Schaefer. 1810. 8. 12 gr., charta scriptoria, 15 gr.

Εὐριπίδου Ἱππολυτος Στεφανηφορος. E recensione Rich. Fr. Phil. Brunck. In usum scholarum. Editio emendatior. Cura G. H. Schäfer. 1810. 8. 5 gr.

Εὐριπίδου Μηδεια. E recens. et cum notis R. F. P. Brunck. Curavit D. H. Blümner. 1794. 8. 6 gr.

Εὐριπίδου Φοινισσαι. E recens. et cum notis R. F. P. Brunck. Cura G. H. Martini. 1793. 8. 6 gr.

Gehe, H. G., Sylloge commentationum philologici et theologici argumenti. 1792. 8. mai. 18 gr.

Goldhagen, H., Lexidion graeco-latinum, recensens graeca themata et singula Novi Testamenti vocabula. 8. 5 gr.

Gratii Falisci Cynegeticon, et M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon, cum notis selectis Titii, Barthii, Vlitii, Iohnsonii et Petri Burmanni integris.* 8. mai. 22 gr.

Grotii, Hugonis, de iure belli ac pacis libri III., in quibus ius naturae et gentium, item iuris publici praecipua explicantur. Cum annotatis auctoris, eiusdemque dissertatione de mari libero; ac libello singulari de aequitate, indulgentia et facilitate: nec non Io. Fr. Gronovii, v. c., notis in totum opus de iure belli ac pacis, ex altera recensione Io. Barbeyracii. Cum notulis eiusdem nunc auctioribus, pluriumque locorum ex auctor. laud. adcuratiori indicatione. Voll. II. 8. mai. 2 thlr. 16 gr., charta scriptoria. 4 thlr.

Hansi, Io. Imm., Commentatio philologico-theologica in vaticinium Iesaiae LII, 13. — LIII, 12. 1791. 8. mai. 4 gr.

Hellanici Lesbii Fragmenta, e variis scriptoribus collecta, emendata, illustrata. Praemissa est commentatio, de Hellanici aetate, vita et scriptis in universum, a I. G. Sturz. 8. mai. 12 gr.

Herodoti Halicarnassei Historiarum Libri IX. Ex optimis exemplaribus emendavit ac notas criticas adiecit Godofr. Henricus Schaefer. 1800—803. T. I—III. 8. mai. 9 thlr.

Horstig, Io. Sam., Ex Dionysii Halicarnassensis Archaeologiae Romanae Lib. X. Cap. I. — VIII. 1790. 8. mai. 6 gr.

Isaei et Antiphontis orationes. Cum annotationibus I. Taylori, et I. I. Reiskii. Acc. a) Dionysii Halicarnassei iudicium de Isaeo, cum annotationibus Sylburgii, Hudsoni et I. I. Reiskii.

c) Petrus van Spaan de Antiphonte. 8. mai. 4 thlr., charta scriptoria, 6 thlr.

Lesbonactis, Herodis Attici, Antisthenis, Alcidamantis, Georgiae Leontini, exercitatiunculae. Acc. a) Dav. Rhunkenii historia critica oratorum graecorum. b) I. I. Reiskii accessiones ad suas annotationes ad supradictos Sophistas. c) Excerptum e Prolegomenis Scholiorum graecorum ad Aphthonium. d) I. I. Reiskii interpretatio latina reliquiarnm Anthiphontis. e) Eiusdem interpretatio latina reliquiarum Andocidis. f) Dionysii Halicarnassei iudicium de Dinarcho, cum Sylburgii et I. I. Reiskii annotatt. g) I. I. Reiskii curae posteriores ad Dinarchi, Licurgi, et Andocidis reliquias. h) I. G. Hauptmanni prolnss. Geranae de Andocide. i) Io. Taylori ad Dinarchum et Andocidem annotatiunculae. k) Taylori prolegomena ad Demosthenem. l) Hieronymi Wolffii vita, ab ipsomet conscripta. m) I. I. Reiskii praefatio ad Gregorii Corinthi Metropolitae expositionem libelli Hermogeniani περι μεθοδου δεινοτητος n) Gregorii illius libellus modo dictus ipse, e MS., cum I. I. Reiskii Annotatt. o) Indices graecitatis. 8. mai. 4 thlr., charta scriptoria. 6 thlr.

Libanii oratio defensoria cuiusdam, qui filiam pro urbis suae salute occiderat. E MS. Biblioth. Monach. edita ab E. C. Reiske. 8. mai. 6 gr.

Longi Pastoralia. Graece et latine. Cum proloquio P. M. Paciaudii de libris eroticis antiquorum. Graeca recensuit, notasque criticas adiecit G. H. Schaefer. 1803. 8. 2 thlr., charta pergamena. 4 thlr.

Luciani Samosatensis opera, graece et latine. Cum notis selectis. Cura Ioh. Pet. Schmid. Voll. VIII. 1777 — 1800. 8. 11 thlr. 8 gr.

Luciani Samosatensis opuscula. 8. 3 gr.

Lysiae opera omnia. Cum annotationibus Io. Taylori. Ierem. Marklandi, I. I. Reiskii, et aliorum. Voll. II. 8 mai. 8 thlr., charta scriptoria. 12 thlr.

Morus, D. S. F. N., Praelectiones in Iacobi et Petri Epistolas. Edidit C. A. Donat. 1794. 8. mai. 22 gr. charta scriptoria, 1 thlr. 8 gr., charta belgica, 1 thlr. 16 gr.

Morus, D. S. F. N., Praelectiones in Lucae Evangelium. 1795. 8 mai. 1 thlr. 16 gr., charta scriptoria, 2 thlr. 4 gr. charta belgica, 2 thlr. 18 gr.

Μοσχιωνος περι των γειναικειων παθων. Moschionis de mulierum passionibus liber, quem ad mentem Manuscripti graeci, in bibliotheca regia Vindobonensi asservati, tum propriis correctionibus

nibus emendavit, additaque latina versione edidit F. O. Dewez. 1793. 8. 18 gr., charta scriptoria, 1 thlr.

Phaedri, Augusti Liberti, Fabularum Aesopiarum Libri V. Cum novo Commentario Petri Burmanni. 8. mai. 1 thlr., charta scriptoria, 1 thlr. 16 gr.

Phaedri Fabularum Aesopiarum Libri V. Cum progymnasmate poëtico, seu Metaphrasi Senariorum. In usum Scholarum. Studio M. T. Adami. 8. 6 gr.

Philae, Manuelis, Carmina graeca. Maximam partem e codicibus Augustanis et Oxoniensibus, nunc primum in lucem producta, aliqua etiam iterum publicata: omnia nunc in unum, excerpto poëmate de animalibus, collecta, emendata, latine interpretata, et annotationibus illustrata. Accedit ignoti poëtae antiquioris carmen in S. Theodorum, ex Augustano codice nunc primum editum. Praemittitur dissertatio de Philae Vita, Aetate et Scriptis. Cura Gottl. Wernsdorffii. 8. mai. charta scriptoria, 1 thlr. 12 gr.

Plinii, C. Secundi, Naturalis Historia. Cum interpretatione et notis integris Ioh. Harduini, itemque cum commentariis et adnotationibus Hermolai, Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salmasii, Is. Vossii, T. E. Gronovii, et variorum. Voll. X. 8. mai. 17 thlr. 12 gr.

Plutarchus, de discrimine amici et adulatoris. Cum animadversionibus Xylandri aliorumque, et indice vocum graecarum. Cura M. G. A. Krigelii. 8. 10 gr.

Pselli, M., Synopsis Legum. Cum latina interpretatione et notis Francisci Bosqueti, selectisque observationibus Corn. Sibenii. 8. mai. 10 gr., charta scriptoria, 16 gr.

Publii Syri Mimi, similesque sententiae selectae e poëtis antiquis, Latinis: Livio, Ennio, Pacuvio, Plauto, Caecilio, Varrone, Laberio, Afranio, Catullo, Martiale, Naevio, Accio, Lucilio, Terentio, Pomponio, Titinnio, Publio, Sexto, Seneca, Ausonio. E. MMSS. duobus additi versus LX. Graecis: Euripide, Menandro, Theophrasto, Hesiodo, Aristophane, Cleanthe, Homero, Sophocle. Interpretibus Cicerone, Ausonio, Porphyrione, Seneca, Agellio, et Hieronymo; quas olim D. Erasmus Roterodamus delegerat, et commentario explanaverat, excussae, cum hoc commentario editae atque in versus germanicos translatae a J. F. Kremsier. 8. 1809. 1 thlr. 16 gr.

Raabe, A. G., Interpretatio Odarii Sapphici in Venerem. 1794. 4. 2 gr.

Reiske, I. I., Apparatus critici ad Demosthenem. Acced. Indices operum Demosthenis. Voll. IV. 8. mai. 12 thlr., charta scriptoria, 18 thlr.

Reiske, I. I., Coniecturae in Iobum et proverbia Salomonis. Acc. eiusdem oratio de studio linguae Arabicae. 8. 18 gr.

Reiske, I. Iac., Oratores graeci, sive: Oratorum graecorum, quae supersunt, monumenta ingenii, e bonis libris emendata, materia critica, commentariis intergris Hieron. Wolffi, Io. Taylori, Ier. Marklandi, aliorum et suis indicibus denique instructa. Voll. XII. 8. mai. 36 thlr., charta scriptoria, 45 thlr.

Sangerhausen, C. F., Minos. Sive de rebus Friderici II. apud inferos gestis. Editio nova. 1809. 1 thlr. 14 gr.

Scharfenberg, M. Io. Gottfr., Animadversiones, quibus fragmenta versionum graecarum V. T., a Bernhardo Montefalconio collecta, illustrantur, emendantur. Specimina II. 8. mai. 1 thlr. 4 gr.

Caii Silii Italici Punicorum Libri XVII. E recensione Arnoldi Drakenborch. Curauit et glossarium latinitatis adiecit Io. Pet. Schmid. 8. mai. charta scriptoria, 2 thlr. 12 gr.

Spitzneri, Ad. Bened., Vindiciae orginis et auctoritatis divinae punctorum, vocalium et accentuum in libris sacris V. T. 1791. 8. 18 gr.

Thesaurus criticus novus: sive syntagma scriptionum philologicarum rariorum aevi recentioris. Cum indicibus locupletissimis. Tomus primus, quo continentur: 1) Diatribe de Aristoxeno, philosopho peripathetico, auctore Guil. Leonardo Mahne. 2) Suspicionum specimen, auctore Erico Hub. van Eldik. 1802. 8. mai. 20 gr., charta anglica, 1 thlr.

Verpoortenii, Phil. Theod., Diss. tres de regno Salamino in Cypro, de graeco verbo ξενος, de peregrinorum apud veteres conditione, et de fidei πληροφορια. Edidit Io. Fried. Fischerus. 8. mai. 16 gr.

P. Virgilii Maronis Opera, ad Editionem Brunckii impressa. Locis parallelis illustravit I. G. Madlinger. Editio nova. 1810. 8. mai. 1 thlr. 6 gr.

P. Virgilii Maronis Bucolica et Georgica. Ad Editionem Heynii. 1804. 8. mai. 14 gr.

P. Virgilius Maro, Bucolica, Georgica, et Aeneis. Voll. II. cum Figg. aeri incisis a Bartolozzi, Fittler, Neagle, et Sharp. Londini 1800. 8. mai. charta velina anglica. 14 thlr.

Weiske, B., Commentarius perpetuus et plenus in orationem M. T. Ciceronis pro M. Marcello. Cum appendice de oratione, quae vulgo fertur M. T. Ciceronis pro Ligario. 1805. 8. mai. 1 thlr. 10 gr., charta anglica, 2 thlr.

